

deliberatione, atque ita prius erit venialis, deinde mortalis; item inchoari potest sine ulla malitia, cum ignorantia invincibili præcepti, & deinde adveniente illius notitia possit contrariari; quo casu fiet de minus malo magis malus. Concessa itaque maiori, neganda est minor; ad probationem dicendum veniale pro formali nunquam fieri mortale, vel e contra; ita ut mortalitas transeat in venialitatem, vel e contra; sed bene veniale pro materiali potest fieri mortale; & e contra; potest enim actus crescere in libertate, cognitione, & quantitate obiecti, quo casu sibi adversiter mortalitas, & definere venialitas; unde veniale formaliter nunquam fit mortale, nec e contra, sed subtrahitur unius malitiae transit ad aliam, quia tam venialitas, quam mortalitas accidunt actui, nedum in esse naturæ, sed etiam in esse moris.

Ad Confirmationem negatur rursus minor; ad probationem dicendum, quod mortalitas per se, & venialitas per se sunt opposita, non autem venialitas per se, & mortalitas per accidens, & ideo licet idem actus non possit simul, & semel esse per se, & intrinsece venialis, & mortalis, & extrinsece mortalis, aut e contra, quod passim accidit de bonitate, & malitia actuum humanorum, quando ex obiecto essentiali habent bonitatem, vel malitiam sibi intrinsicam; & aliam simul habent ex circumstantiis diversæ speciei, quæ est illis extrinseca, & accidentaliter, ut latè declaratum est, *disp. præd.*

135 Petes, qualiter discernendum sit inter mortale, & veniale. Respondeo varias regulas ad hoc assignari, ut videri potest apud Summisas, breviter tamen una sola regula præ oculis habenda ostendit, quomodo discernendum sit inter veniale, & mortale: & est vis, & obligatio præcepti, contra quod peccatum committitur; si enim est præceptum propriè dictum, peccatum contra illud est mortale; si vero est consilium, erit veniale, potest autem dignosci, an obligatio sit præcepti, vel consilii, tum ex Scriptura, quæ sæpe sapientiæ aliquid prohibet, sub pœna divinæ indignationis, & reatus gehennæ; quædam vero non ita, unde ad Rom. *1. quæstia agunt digni sunt morte*; ad Galatas *quæ talia agunt, regnum Dei non possidebunt*, & similia, quandoque autem non ita rectè obligat, ut de stultiloquio ad Ephes. *5. habetur* ad rem non pertinere; Potest etiam obligatio legis dignosci naturaliter, si manifestè non continetur in Scriptura; considerari enim debet dignitas materiæ, quæ proponitur, vel prohibetur; & si materiæ est digna, adhuc consideranda est quantitas illius, quia & si præceptum esset de remanenti momenti, tamen leviter ab eo deficere, est perinde, ac leve præceptum transgredi; Quod si materiæ digna foret, etiam in quantitate notabili, considerandum adhuc est, an consensus hominis fuerit deliberatus; Hec enim tria bene ponderata sufficerent discernere veniale à mortali; quia defectus primæ conditionis, scilicet, dignitatis, & gravitatis materiæ facit peccatum veniale ex genere; defectus secundæ, scilicet, quantitatis materiæ facit peccatum veniale in parvitate, & levitate materiæ; defectus tandem tertie facit peccatum veniale ex deliberatione.

QUÆSTIO SEPTIMA.

An peccatum mortale importet gravitatem infinitam.

136 Hanc controversiam, quæ magna ex parte est de nomine, examinat P. Bellus Collega meus adeo exactè, & luculenter, ut pauca, vel nihil hic addenda remaneant *tratt. de Inearn. disp. 7. qu. 1. pro complemento tamen præsentis disputationis cum duxi proponendam, & proponitur solum de peccato mortali, quia de veniali concedunt omnes non habere rationem infinitæ offensæ. Neque est difficultas, an malitia peccati mortalis sit infinita secundum quid, eo modo, quo actus in se quidem finitus, attingens tamen obiectum infinitum, dicitur esse quoddammodo infinitus extrinsece, & obiectivè; sic enim concedunt pariter omnes malitiam peccati esse infinitam enim venialis; sed difficultas est de infinitate simpliciter, non quidem in tota eius latitudine, sic enim constat solum Deum esse hoc modo infinitum, sed de infinitate in certo, ac determinato genere, an scilicet, sit infinita in genere malitiæ, sicut quæsi solet an possit dari creatura infinita, non simpliciter in genere entis, sed in genere quantitatis, & qualitatis. Quoniam verò in peccato tria præcipue distinguunt, ac considerari solent, primum quidem malitia mortalis peccati, quam supra diximus consistere in privatione rectitudinis debite; deinde averio à Deo, & conversio ad creaturam, sive ad commutabile bonum; & tandem ratio offensæ; peccatus enim mortalis ultimum finem sibi in creatura constituit modo supra explicato *n. 137.* & sic iniuriam Deo facta auferens illi honorem ultimi finis; vel ut alii explicant, cum peccatum mortale sit gravis præcepti divini transgressio, dum tale præceptum violatur, amicitiam Dei, eiusque honorem, & dignitatem paritèr, unde laeta manet divina malitias.*

Cum, inquam, hæc tria in peccato mortali præcipue considerari, ac distinguere soleant, concedunt omnes peccatum nullo importare infinitam rationem malitiæ mortalis, quia talis malitia est privatio rectitudinis contrariæ debite; quæ etiam est finita, cum sit restrictio virtutis finitæ; quod si privatio dicant malitiam peccati esse infinitam, hoc ideo est, quia malitiam ipsam cum offensâ, vel iniuriâ confundunt. Concedunt etiam peccatum non importare aliquam infinitam rationem conversionis, quæque enim conversio in peccato mortali reperiatur est in ordine ad creaturam finitam, & limitatam, & finito modo illam tangens; nec etiam ratione averisionis (nisi cum offensâ confundatur) quia obiectum infinitum, à quo se peccans averit, nequit esse causa talis infinitatis; sicut enim actui bono, seu conversioni non confert bonitatem infinitam, ita nec actui malo, vel averisioni malitiam infinitam; cum pariterque militet ratio, maxime si peccator tanto affectu in Deum convertatur, quanto ab ipso recessit; ita videtur et apud Lezanam *tratt. 5. de peccatis disp. 4. quæst. 4. Alvarez par. 2. disp. 183.* & alios Thomistas.

Sola igitur remanet difficultas de peccato in ratione offensæ **177** Dei considerato; plures namque Thomistæ contendunt, peccatum mortale sub hac ratione includere aliquam infinitam simpliciter in genere malitiae, prout offensæ se tenet ex parte Dei, & afficit ipsum: sic enim sumpta, veluti ab ipso specificatur, & ab eo sumit suam gravitatem; cum ergo dignitas ipsius Dei sit simpliciter infinita, ab eo accipit offensam infinitam, seu gravitatem infinitam, pro qua citatur D. Thomas *par. 2. quæst. 87. art. 4. & 3. par. quæst. 1. art. 2. ubi Caiet. Medina, Alvarez, Nazarius, Cornexo, Hurtad. disp. 9. sect. 4. Lexana loc. cit. Averla quæst. 88. sect. 5. Bernal. disp. 5. sect. 3. Amicus disp. 23. sect. 4. Conine. de penit. disp. 10. dub. 2. & alii quorum aliqui licet hanc infinitatem negent in omni peccato, concedunt tamen in aliquo speciali, nimirum in occisione Christi; quia enim hæc destructiva fuit alicuius simpliciter infiniti, ideo dicitur includere infinitam malitiam in ratione offensæ; cuius sententia unicum fundamentum est ratio illa calculatoria toties decantata, scilicet, offensâ, & iniuriâ eo est gravior, quo maior est dignitas personæ offensæ; sed dignitas Dei per peccatum offensâ est simpliciter infinita; ergo gravitas peccati esse debet simpliciter infinita. Nec obstat, si dicas, quod etiam actus charitatis respicit Deum, qui est obiectum infinitæ dignitatis, specificatur ab ipso, & ab eo suam sumit bonitatem; & tamen non propterea habet infinitam aliquam, nisi solum extrinsecam, & obiectivam. Contra hoc enim est (inquunt) quod est diversæ ratio de offensâ, ac de actu charitatis, de visione, ac quocunque alio actu in ipsum tendentes, quod offensam comparatur in ordine ad Deum, tanquam ad subiectum, quod mortaliter afficit, & informat, prout colligitur ex Arist. *5. Ethic. cap. 5.* & ex communi hominum affirmatione, quæ personam offensam in honore, & fama existimat affectam, & onerantem iniuriâ, sed offensâ ipsi illatæ; & ideo ab ipso participat gravitatem etiam iuxta propositionem dignitatis ipsius, ac proinde infinitam, sicut dignitas Dei in infinita est; exterior actus charitatis, aut quocunque alius Deum respiciens solum comparatur in ordine ad ipsum, sicut ad obiectum, & quia obiectum non dat aliquid actui, nisi iuxta modum quo ab ipso attingitur, & Deus attingitur finito modo ab his actibus, ideo non accipit ab ipso infinitam aliquam intrinsecam.*

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur quæstio negatивæ.

178 Dicendum est, nullum peccatum in ratione offensæ includere infinitam malitiam simpliciter intrinsece, & formaliter, sed tantum secundum quid. Ita Scotus cum omnibus Scotistis *2. disp. 37. qu. 1. 5. ex ipso, & 3. dist. 19. ad 2. & disp. 30. contra*, ubi ait actum charitatis esse tantæ bonitatis, quantæ malitiæ est peccatum, quocumque se averit à Deo, & *4. disp. 14. quæst. 1. B. ubi ait*, quod tantum malum est peccatum, quantum bonum aptum est inesse actui, & *disp. 15. quæst. 1. ad ultimum, & disp. 40. 4. 6. in fine & alibi frequenter*, & sequuntur plures Recentiores Suarez *disp. 2. de peccatis sect. 2. & 3. par. disp. 4. sect. 7. Cardin. de Luogo ibid. disp. 5. sect. 3. Mercurius disp. 4. sect. 1. Ragul. disp. 3. Alvarez par. 2. disp. 99. c. 8. & disp. 100. c. 3. & par. disp. 2. c. 6. Beccan. *tratt. 2. c. 2. qu. 6. Morandus *tratt. 3. de peccatis quæst. 9. Salas *tratt. 1. 3. disp. 1. 5. sect. 6. Palqualis *disp. 2. 6. sect. 3. Calpenis *disp. 6. sect. 4. Bonacina *disp. 2. 9. 2. punct. 5. Amicus* eadem pro hac fere videtur, quatenus vel peccatum esse infinitum tantum ratione ordinis supremi, in quo reperiatur in genere offensæ, *Artiago *tom. 6. disp. 3. latissime*, & exadè, & alii quamplurimum tam ex antiquis, quam ex recentioribus apud Salas *cit. Fundamentum unicum huius sententiæ, ac veluti à priori est*, quia infinitum simpliciter in perfectione, sive*******

sive sit infinitum in omni perfectione, & quocunque possibili, sive in aliqua determinata, est illud, quod non potest habere majus se, sive in omni perfectione, sive in tali determinata; hæc maior constat ex dictis in Physica de actu, & de conditione infiniti simpliciter, & in actu, quod dicitur catholico-rum, cum Arist. *6. Phys. & Scotus quæst. 5. in fine* infinitum enim in eo genere, in quo est infinitum nihil potest esse majus, ut ex ipsa infiniti ratione constat; si enim daretur majus infinitum, jam infinitum haberet terminum, ultra quem protenderetur illud; quod est majus; arque ita non amplius infinitum, sed finitum, foret in eo genere, in quo infinitum ponebatur; supposita hæc majori, ut verissima, & notissima ex Philosophia, tunc ipse infero minorem, sed ex peccatis mortalibus unum est alio gravius, & majus tam in ratione malitiæ, quam in ratione offensæ, & iniuriæ; ergo nullum peccatum est simpliciter infinitum minor, in qua consistit tota difficultas, probatur multipliciter excludendo singulas Adversariorum solutiones; & quia præsertim respondere solum argumenta nostra probare tantum malitiam peccati esse finitam in ratione malitiæ; non autem in ratione offensæ, & iniuriæ; probare contento esse finitam etiam sub ratione offensæ, & iniuriæ.

179 Primum, si quodlibet mortale peccatum continet infinitam simpliciter malitiam in ratione offensæ, & iniuriæ, tunc omnia peccata essent æqualis gravitatis in ratione offensæ, qui fuit error Ioviniani, & Stoicorum peccata omnia æqualia ponentium in gravitate contra expressa Scripturam, & Patrum testimonia. Respondent errorem Stoicorum fuisse, quod peccata sint æqualia in ratione malitiæ, & in hoc sensu à Patribus relictum, non autem reselluntur in hoc, quod sunt paria in ratione iniuriæ, & offensæ Dei. Contra, imò à Patribus in hoc præsertim reselluntur, quod dicebant Deum, æqualiter offendi quolibet peccato, qui est manifestus error; quæ enim offenderetur Deus per blasphemiam, idolatriam, & alia enormissima scelera, ac per furtum unius auri; legantur D. Hieron. *lib. 3. contra Iovinianum*, & D. Aug. *Epist. 29. ad Hieron. ubi hæc duo Ecclesie luminæ*, ex eo capite errorem hunc reprehendunt, quia asserbant omnia peccata habere æquale meritum, & æqualem dignitatem ad patriam; ergo heretici illi non tantum conturbabant omnia peccata esse paria, & æqualia in ratione malitiæ, sed etiam in ratione reatus ad penam, & per consequens in ratione offensæ, iniuriæ, & demeriti. Tum quia gravius peccato gravius offenderetur Deus, ut passim loquuntur Scripturæ, & Patres; ergo si peccata non sunt paria, & æqualia in ratione malitiæ, neque erunt æqualia in ratione offensæ, & iniuriæ; alioquin dicendum esset æque Deum offendi peccato gravissimo, ac valde minus gravi intra latitudinem mortalis culpe. Tum quia iniuria in Regem v. g. potest esse major, vel minor etiam sub ratione offensæ, nam qui personam Regis percuteret v. g. magis cenletur Regem offendere, quam qui solis verbis insultaret, & minor utique pœna huius deberetur, quam illi; ergo similiter peccata in Deum esse possunt maiora, vel minora etiam in ratione offensæ, & iniuriæ, quatenus per unum non tantum ledi cenletur divina maiestas, quantum per aliud.

180 Secundo arguitur, peccatum est malitia, & offensâ Dei, ita tamen, ut malitia sit radix iniuriæ, & offensæ; peccatum namque theologice acceptum, & adequatè ideo est offensâ, iniuriâ, & contemptus Dei, ut supra probatum est, quia est transgressio divinæ legis, hoc est, quia habet malitiam, quæ est privatio observandæ, & præcepti legis Dei; igitur si ipsa ratio malitiæ in omnibus peccatis est inæqualis, & inspicit magis, & minus: etiâ ratio offensæ, & iniuriæ esse non potest equalis in omnibus peccatis, sed major, & minor pro peccatorum gravitate; consequentia probatur, quia accessum regulatur naturam principalem, & quod sequitur aliud per modum passionis, nequit habere perfectiorem modum essendi, quam illud. Respondent negando consequentiam, quia offensâ non tantum sumitur ex malitia, sed etiam ex dignitate personæ offensæ, quæ cum in proposito sit infinita, offensâ quoque erit infinita. Sed contra, quia licet gravitas offensæ attendatur quoque ex dignitate personæ offensæ, non tamen crescat adequantè ad dignitatem ejus, sed servata proportionem, ut patet in argumentorum solutione, alioquin idem quoque asserendum foret de peccato veniali, nam etiam veniale est iniuriâ Dei, & offensâ ejusdem, & sic contra Deum, ac ejus legem, ut probatum est, quæsi præcedit ergo veniale, quamvis sit contra Deum, ac ejus legem, adhuc tamen infinitum non cenletur in ratione offensæ, quia est levis offensâ in comparatione mortalis; ita pariter dicendum erit servata proportionem de mortali quod licet sit gravior offensâ, quam veniale etiam in comparatione personæ offensæ, quia adhuc potest esse magis, vel minus grave intra latitudinem peccati mortalis; consequentia patet, quia sicut levis in veniali peccato oblit, quin sit infinitum in ratione offensæ, nec crescat ad æqualitatem personæ offensæ, ita in mortali oblit de terminata gravitas, quæ potest esse major, vel minor intra latitudinem mortalis culpe.

Respondent negando paritatem de veniali, & mortali, va- **181** riatque nuntiat asserere disparitatem; Aliqui dicunt peccatum veniale esse peccatum secundum quid, peccatum vero mortale esse tale simpliciter, adeoque veniale infinitum esse non posse in ratione offensæ, quia ipsa vox *secundum quid* limitationem, & finitatem indicat. Hoc tamen facile reficitur ex dictis quæstionibus, præsertim quando enim veniale dicitur peccatum secundum quid vel per hoc significatur, quod dicit offensam Dei finitam, & limitatam; & hoc non, quia est manifestè in principio petito, cum enim ipsum quoque veniale sit offensâ Dei, & personæ infinitæ, queritur cur a tali circumstantia personæ offensæ non accipiat infinitatem sicut mortale. Vel per hoc significatur veniale non esse verè, propriè, & intrinsece peccatum, & offensam Dei; & neque hoc, quia ut constat ex dictis quæsi præced. verè est contra Deum, & ejus legem, verèque est duplicitè, ac ab eo prohibetur. Vel tandem per hoc significatur, quod veniale cum mortali comparatum videtur exilis culpa, ac parvi momenti; neque hoc sufficit, quia etiam accedens in comparatione substantiæ dicitur ens, & existens secundum quid tantum, & tamen participat eandem rationem entis cum eo sive univocam, sive analogam: talis ergo comparatio in proposito non tollit, quin veniale conveniat cum mortali in ratione iniuriæ, & offensæ Dei, quæ ratio in communi sumpta si est insipida, etiam veniale erit offensam infinitam; si abstrahit incumbe Adversariis ostendere cur ad mortale contracta, infinitatem contrahat, non autem ad veniale.

Si dicas, contingere ex gravitate, vel levitate materiæ, veniale namque propter materiæ levitatem non est infinitum, capax, at vero mortale, cum materiâ habeat gravem, est capax summæ offensæ, & infinitæ iniuriæ. Contra recurrit instantia jam facta, quod si levis oblit in veniali, quod non sit infinitum in ratione offensæ, nec crescat ad æqualitatem personæ offensæ; ita in mortali oblit determinata gravitas materiæ, quæ potest esse major, vel minor intra latitudinem mortalis culpe; Tum quia, si ideo materia levis non est capax infinitatis, quia habet aliam materiâ super se, quæ est gravis, & magis capax, ita non habet omnem capacitatem, quæ requiritur ad habendam infinitatem; ergo à pari, quia una materiâ sufficiens ad peccatum mortale habet aliam super se graviolem, incapacitas infinitatis non solum erit in materiâ levi, sed etiam in materiâ gravi ipsius peccati mortalis.

Alii dicunt, mortale debere infinitatem, quæ per illud **182** Deus continetur, non vero per veniale. Hoc etiam facile resellitur, quia sicut per mortale continetur Deus, quia est contra dignitatem Dei, & potestatem, quam habet præcipiendi gravitatem, ita veniale quoque in suo ordine erit contemptus Dei, quia est contra potestatem, quam Deus habet præcipiendi de levi, & quemadmodum absoluta potestas præcipiendi gravitæ est infinita, & ejus ablato sive reali, sive putative est infinita realiter, vel putative; ita pariter potestas præcipiendi levi in Deo est infinita, ejusque ablato infinita erit dicenda saltem putative, atque ideo discrimen assignatum nullum est. Alii tandem dicunt esse discrimen inter mortale, & veniale ad habendam infinitatem, quia peccatum mortale meretur caritatem boni infiniti, ac penam æternam, & infinitam, quod non incurritur per veniale. At neque hoc sufficit, quia non repugnat secundum regulas iustitiæ dari peccato mortali penam finitam intensivè, & extensivè, etenim æternitas pœnæ convenit peccato mortali, in quantum ejus culpa adhuc perseverat, ut postea dicemus; Tum quia vel infinitas offensæ in peccato mortali oritur præcisè ex eo, quod est offensâ personæ divinæ, & tunc eadem erit ratio peccati venialis, nisi sufficiens adducatur disparitas, quæ adhuc non apparet. Vel ex eo potius, quod penam meretur infinitam, & hoc non, quia plus est offendere personam infinitam, quam esse meritorium pœnæ infinitæ, si quidem ideo peccatum penam meretur æternam, quia offendit personam infinitam.

Tertio arguitur, visio clara Dei, actus charitatis, & alii **183** actus qui Deum habent pro obiecto materiali, & formali, non habent perfectionem simpliciter infinitam, ergo nec peccatum in ratione offensæ, & iniuriæ Dei erit simpliciter infinitum. Respondent negando partem, quia actus charitatis, & visio Dei respiciunt Deum extrinsece, ad offensâ Deum respiciunt intrinsece, quia honor est honorantis, & iniuriâ est iniuriæ personæ; cui interire. Contra, quia non est major ratio, cur actus charitatis Deum extrinsece tantum attingat, non vero offensâ, nam sicut honor est honorantis intrinsece extrinsece verò, ac terminativè est illius, cui exhibetur, imò secundum moralem estimationem videtur etiam esse intrinsece in persona honorata, ita etiam offendit qui quidem in offendente intrinsece, extrinsece verò ac terminativè est in persona, cui irrogatur, quoniam secundum estimationem videtur esse in persona de honorata, ergo si actus honoris, & qui Deum habet pro obiecto,

obsequio, non habet simpliciter infinitatem, quomodoque illud attingere dicitur, siue extrinsece tantum, siue etiam intrinsece secundum morale exultationem; neque peccatum in ratione iniuriæ, & offensæ erit simpliciter infinitum.

184 Respondent rursus negando paritatem, peccatum enim mortale accidit infinitatem a Deo, quia non respicit illum, ut merum obiectum, & extrinsece, sed tanquam subiectum, & extrinsece, quod moraliter afficit, & informat; ex communi enim hominum estimatione persona offensa in honore, & fama exultatur affecta, & onerata iniuria, seu offensa ipsi illata; hæc de causa dicitur peccatum in ratione offensæ accipere a Deo infinitatem, non vero actum charitatis, vel visionis, quia respiciunt illum præcisè per modum obiecti extrinsece, & terminativè, non autem intrinsece, & per modum subiecti, ita Hurtad. Lezana, & alij. Hæc responsio; sicut a precedenti non differt, ita eodem modo potest refelli; cum quia hoc, quod est Deum parti iniuriæ, quamvis secundum nostrum imperfectum concipiendi modum concipitur per modum subiecti aliquid recipientis a tali actu, tamen secundum realitatem, & perfectum modum concipiendi, Deus, & quodvis obiectum terminant tantum actus nostros; cum illis subest, imò hæc vocabula per se non significant aliquid in Deo receptum, siue tantum in obiecto, siue tanquam in subiecto, sed solam actus terminationem. Tum quia etiam si concedatur offensam ponere aliquid morale in Deo intrinsece, tanquam in subiecto, ex hoc non sequitur, quod debeat recipere infinitatem ab eo, quia si ponitur v.g. albedo in Deo, adhuc esset albedo finita, neque acciperet infinitatem ex hoc, quod Deum respiciat per modum subiecti; quia forma quamvis recipitur in uno, vel altero subiecto, semper intrinsece est eadem, neque essentialiter per subiectum variari potest, quod non est pars illius intrinsece, ut constat de anima rationali, quæ semper in se, spiritualis est, esse sit in subiecto corporeo; Quod si dicas saltem totum illud mortale, quod resultat ex ipsa iniuria, & Deo ipso infinito esse infinitum, quia totum illud constitutum constat altera parte, quod est infinitum simpliciter. Contra est, quia adhuc illud totum non est simpliciter infinitum, atque ita offensa ut sit, non est simpliciter infinita, nam illud est infinitum simpliciter, siue in omni perfectione, siue in aliqua de terminata, quod secundum illam rationem reliqua excedit, ut nullum aliquid habeat supra se ipsum morale compositum ex iniuria, & Deo constituto potest dari aliud malum, quod esset peccatum gravius, siue gravius iniuria eodem Deo recepta; ergo tale compositum non potest dici simpliciter infinitum, sed tantum secundum quid, hoc est, quantum est ex parte subiecti, si essent cetera paria, id est, si forma esset infinita simpliciter, & non haberet aliam se maiorem. Alia Amici solutio præcluditur infra num. 188.

185 Quod arguitur; peccatum est offensa Dei, & illius contemptus modo voluntario, id est, dependente a cognitione; sed cognitio Dei, vel præcepti observandi esse potest maior, vel minor, nec est, nec esse potest simpliciter infinita; ergo idem patitur dicendum de ratione offensæ; minor patet maior probatur, quia ignorantia minuit liberum, & voluntarium, si cur cognitio ex opposito illud augeat, hinc secundum iura offensæ facta Regia puero, & ab amante, & a cordato viro est inæqualis, cum inæqualiter puniuntur, & eadem offensa facta Regi incognito non censetur crimen læsæ maiestatis; ergo ad hoc ut offensa sit offensa talis personæ, prærequiritur illius cognitio, & iuxta maiorem, vel minorem cognitionem dignitas eius, ipsa offensa augeatur, vel minuitur in ratione offensæ. Respondent ad rationem offensæ requiri cognitionem utique personæ offensæ, sed talem, per quam cognoscatur sufficienter dignitas personæ, ita ut maior, vel minor cognitio non perfectio ad gravitatem offensæ mere materialiter se habeat, si quidem hæc simpliciter infinita censetur, eo ipso quod committitur cum cognitione sufficienti dignitatis personæ, siue cognitio sit maior, siue minor. Contra, quia saltem est diversitatem cognitionis mere materialiter se habere ad malitiam, si quidem formaliter unum peccatum est gravius alio in ratione malitiæ, si ceteris paribus fiat cum maiori cognitione; ergo similiter se habebit ad peccatum in ratione offensæ; probatur consequentia, quia sicut malitia id est malitia, quia voluntaria, & consequenter quod minuit voluntarium, minuit malitiam; ita quoque offensa id est talis, quia voluntaria, ideoque quod minuit voluntarium, minuit quoque offensam sub ratione offensæ.

186 Quod tandem probatur, quia Deus, qui per peccatum mortale dicitur graver offendere, non est sufficiens ad communicandam infinitatem simpliciter malitiæ quæ est in peccato mortali; ergo etiam malitia non est simpliciter infinita; probatur assumptum discurrendo per singulos modos, quibus Adversarii hoc probare nituntur; Vel enim hoc saltem distinguendo in actu duplicem malitiam, alteram, quæ consistit in privato

ne bonitatis; alteram vero, quæ est iniuria Dei, & hanc esse infinitam ex infinitate eius, qui offenditur; Sed hoc non sufficit, quia ut Salas citat, advenit in peccato vera una tantum est malitia moralis consistens in privatione obedientiæ, seu conformitatis ad legem Dei, nec est in eo alia iniuria, nisi quia eius legi non obtemperamus; ergo si privato obedientiæ, & conformitatis est malitia finita, quia privata bonitas finita, etiam iniuria, & offensa erit finita. Tum quia licet etiam concederemus in peccato rationem malitiæ a ratione offensæ distinguere, & hanc ab illa oriri, neque hoc sufficeret, quia licet offenderetur Deus infinitus, tamen semper offenditur finito modo; ergo nequit malitia peccati participare a Deo infinitatem. Vel diceretur cum Bernab. hanc infinitatem sumi ab infinita distantia offensæ ab offenso, eo quia quod villor est persona offendens in ordine ad personam offensam, eo gravius est offensa, creatura autem verò, & realiter infinita distat a divina perfectione. Sed neque hoc sufficit, nam hæc distantia reperitur in quolibet peccato etiam veniale, unde etiam veniale peccatum esset formaliter infinitum in ratione offensæ; in quo autem sensu concedendum sit inter Deum, & creaturam infinitam esse distantiam declarat Doctor, d. 4. q. 1. §. ratio secunda, de quo diximus disp. 1. q. 1.

Vel tertio diceretur cum Averſa, quod bonitas obedientiæ, & conformitatis ad legem Dei, licet sit finita, est tamen infinitè debita, quia spectata subiectione hominis ad Deum est quodammodo infinita obligatio hominis ad Deum ad non peccandum contra bonitatem virtutis, quia ratione inquit non solum in ratione offensæ, sed etiam in ratione mali moralis peccatum dici debere infinitum. Sed neque hoc rectè dicitur, falsum enim est debitum, & obligationem illam esse infinitam; alioquin omnia Dei præcepta æqualiter obligarent, quod falsum est, si quidem eis paria obligentur, siue sub veniali tantum, datur latitudo in obligatione, & quædam magis, quædam minus obligant; unde cum simul duo præcepta concurrunt, nec utrumque simul adimpleri potest, ut visitatio ægroti periclitantis, & auditio missæ, datur regula, quod unum præferat alteri; illud nempe quod magis obligat hic, & nunc; ut Salas advenit loc. cit. Vel quarto diceretur cum Amico peccatum mortale in genere offensæ, & iniuriæ Deo illatæ esse infinitum ratione ordinis; in quo consistit, licet finitum intra eandem ordinem; quia in ratione offensæ est simpliciter in supremo ordine, non habens supra se aliam ordinem graviolem, atque adeo est infinita quoad ordinem gravitatis.

Sed neque etiam hoc sufficit; quia visio quoque, & dilectio beata in ratione forme beatitudinis non habent aliam perfectionem se, & infra se habent perfectiores, & perfectiores in infinitum, & tamen ex talis ordinis supremate non dicuntur simpliciter infinitæ perfectiones; ergo nec peccatum in ratione offensæ erit ex tali supremo ordine infinitum simpliciter, si ex talis ordinis supremate intendit Amicus deducere infinitatem simpliciter, esse supra se non habere graviorem offensam quoad ordinem, & infra se infinitas offensas habeat graviore, & graviore. Ex tali ergo ordinis supremate non bene inferitur infinitas simpliciter, & positiva, sed infinitas tantum secundum quid, & negativa, quæ potest dici summa, quatenus per circumstantiam obiecti in tali specie constituitur, quæ perfectior, & maior dari nequit, in se tamen simpliciter, & absolute limitationem habet, ac finitatem, ut bene Bellus advenit quest. 1. cit. num. 16. quia ratione nos quoque diximus lib. 1. disp. 6. q. 1. n. 13. actum beatæ visionis, & fruitionis ex sua specie, quod non possit perfectior reperiri ex parte obiecti, non ob id dici absolute, & simpliciter infinitum in ratione visionis, & fruitionis, sed tantum dici summum, & altioris ordinis; in se tamen est finitum, & in eadem specie, & ordine unus est altero perfectior; ita igitur in proposito peccatum in Deum in genere mali, & in ratione offensæ est majus omnium, imò maximum obiectivè, & supremi ordinis, non tamen infinitum simpliciter in genere mali, & offensæ, quia in tali genere unum adhuc datur gravius alio.

Respondet Amicus negando paritatem; ratio discernibilis est, quoniam visio, & dilectio beata in ratione forme beatitudinis non sunt simpliciter supremæ, quia supra visionem, & dilectionem beatificam creaturatur visio, & dilectio beatifica increata; supra offensam vero contra Deum nulla datur offensa gravior, ac proinde hæc in ratione offensæ est simpliciter superna, non habens supra se aliam ordinem graviolem, atque adeo est infinita quoad ordinem gravitatis, nam infinitum dicitur illud, quod in suo ordine non habet aliud superius, & perfectius se, nec sufficit ad infinitum simpliciter excedere infinitæ perfectioni se, sed etiam requiritur ab alio perfectiore se in eodem ordine non excedi. Verum hæc responsio seipsum destruit, si enim ad infinitum simpliciter requiritur, quod in suo ordine non habet aliud superius, & perfectius se, cum in supremo ordine mali, quod est peccatum mortale, datur unum gravius alio, ut etiam

ut etiam concedit Amicus, jam nullum peccatum mortale dici poterit infinitum simpliciter in tali ordine, sed tantum secundum quid; quia licet supra talem ordinem non datur aliud genus mali majus, adhuc tamen intra talem ordinem datur talis graduatio, & hoc sufficit, ut quæcunque in tali ordine reperitur, non dicatur simpliciter infinita in ratione mali, & offensæ, sed tantum dicatur summa in ordine, & linea mali moralis, etenim cum tali summate adhuc fiat talis graduatio majores, & minores intra eandem ordinem, quæ repugnant infinito simpliciter. Tum quia Amicus non satis sibi constat, dum superius dicebat peccatum esse infinitum tantum ratione ordinis, hic vero videtur velle esse infinitum simpliciter, quia non habet aliud superius, & perfectius se in ratione offensæ. Tum quia licet supra visionem, & fruitionem beatificam creaturatur deus visio, & fructio increata; hoc non impedit quin adhuc sint superiores in ordine actuum supernaturalium, ita ut non sit dubiles actus creaturæ intellectuales simplices Deum perfectiores istis; nec tamen ob id dicuntur simpliciter infinitæ in ordine actuum supernaturalium, sed tantum dicuntur actus altioris ordinis, & summi, atque supremi in tali ordine; ergo falsum est ad constitutionem infiniti simpliciter in aliquo ordine sufficere, quod in tali ordine non habet aliud superius, & perfectius se. Tum tandem, quia in tali ordine offensæ, & iniuriæ Deo illatæ non tantum reperitur peccatum mortale, sed etiam veniale, quod tamen non dicitur infinitum simpliciter in genere mali.

187 Vel quinto diceretur cum Hurtado hanc denominationem infiniti in peccato sumi ab ipso Deo, qui intrinsece, ut subiectum morale constituit offensam divinam, Sed hoc quoque refutatur est supra n. 184. tum quia hæc ratio etiam peccatum veniale dici deberet infinitum in ratione offensæ, quia ut bene dicitur Bellus cit. sicut iniuria mortali constituitur ex actu peccaminoso, & ipso Deo, ut subiecto morali male affecto, ita veniale constituitur ex ipso actu, & Deo, ut subiecto morali. Vel tandem diceretur cum aliis hanc infinitatem ex eo desumi, quod peccatum mortale meretur, penam æternam, & infinitam, non autem veniale. Sed neque hoc etiam bene dicitur, quia ut discurrebamus n. 184. plus est offendere personam infinitam, quam esse meritorium æternæ pænæ, imò ideo peccatum mortale meretur penam æternam, quia offendit personam infinitam; Tum quia absolute loquendo dari potest peccatum mortali pænâ finitâ intensivè, & extensivè, etenim æternam pænâ peccatum mortali convenit, quatenus eius culpa adhuc perseverat, & aliis de causis infra assignandis in argumentum solutionis n. 195. Quod tandem ait Hurtad. disp. 9. q. 2. esse puram de nomine questionem appellare peccatum infinitum simpliciter, vel finitum in ordine altiori, est prorsus falsum, ut constat lib. 3. disp. de Mortuo n. 340.

ARTICULUS SECUNDUS.

Adversantibus occurrunt argumentis.

190 IN oppositum Primum obicitur ratio calculatoria ab initio questionis instituta, quæ est præcipuum opposita leucitatem tantum; offensa, & iniuria eo est gravior, quod persona offensa dignior, sed dignitas Dei per peccatum offensa est simpliciter infinita, ergo &c. Respondent in primis hoc argumentum ex calculatione desumptum æquè concludere de peccato veniali quod malitiam, & de actu charitatis erga Deum quod bonitatem; sicut ergo in actu charitatis ex tali supputatione non concluditur infinitas bonitatis simpliciter, nec in peccato veniali infinitas malitiæ, nisi secundum quid, ita etiam de peccato mortali dicendum; Tum quia ex dictis disp. 10. Phys. q. 2. art. 1. ad 3. non ex quolibet excessu infinitarum rerum statim in excedente deduci debet infinitas simpliciter, & formaliter, nisi cum tali excessu concurrat etiam contentiva formaliter, vel virtualiter, aut emmentialis illarum inferiorum perfectionum; quando namque talis contentiva non intervenit, tantum colligere licet ex supputatione in excedente excellentiam gradus superioris respectu inferiorum, qui sit altioris rationis, & ordinis quem nunquam possunt esse inferiores attingere; sic angelus excedit infinitas naturas imperfectiores sub se possibiles, quia tamen illas non continet formaliter, vel emmenter; ideo non dicitur in suo ordine infinitum simpliciter; sic igitur in proposito licet malitia peccati mortalis dici possit in finita, quatenus ratione personæ offensæ nequit esse major; adhuc tamen dici nequit infinitum simpliciter, quia pertinet ad certam, & determinatam malitiæ speciem, nempe odii, vel furis, nec alias species formaliter continet; Vel emmenter; non quidem formaliter quia aliquoquin malitia cuiuscunque peccati mortalis esset malitia furis, homicidii, adulterii, & aliorum, nec etiam emmenter, quia licet sit aliquando conjuncta aliis malitiis, non tamen est causa, vel principium illarum. Nec etiam dici potest malitia peccati mortalis infinita in quantitate, vel intensione; quia potest esse major, & minor intra eandem speciem.

ciem, siquidem peccata mortalia non tantum inæqualia sunt in malitia moralis, quæ sumitur ex obiecto, sed etiam in malitia aversionis, contemptus, & offensæ; quatenus hæc quoque malitia potest esse major, vel minor, tum ratione majores, vel minoris deliberationis, tum ratione variatum circumstantiarum, ut notant Suarez, & Beccanus loc. cit. Unde ratio, quæ ex dignitate personæ offensæ graduatum non cretat ad æqualitatem malitiæ offensæ, sed tantum secundum quandam proportionem, est, quia dignitas personæ non est causa præcisa gravitatis offensæ, alter etiam non cognoscitur dignitas personæ, sed invincibiliter ignotatur adhuc contraheretur malitia offensæ, ut bene Bellus loc. cit. dicitur, concurrunt itaque alie cause, præcipue cognitio, deliberatio, & conatus potentia, quæ cum sint finita, minuant rationem offensæ, atque ideo ex tali supputatione non bene deducitur infinitas malitiæ positiva, & simpliciter, sed tantum infinitas quædam secundum quid, & negativa; quæ potest dici summa, quatenus ratione personæ offensæ in tali specie constituitur, quia perfectior, & maior dari nequit, adhuc tamen in se finita est, ac limitata; & dari potest major, & minor intra eandem speciem, & ordinem.

191 Resp. itaque in forma distinguendo majorem, cretat iniuria ex dignitate personæ offensæ, quoad æqualitatem nego, secundum aliquam proportionem concedo, & ideo ex dignitate infinita Dei offensa non inferitur iniuria infinitas simpliciter, & positiva, sed solum infinitas secundum quid, & negativa, hoc est, excellentia superioris gradus, & ordinis, adeo ut dari nequeat major gravitas ex tali circumstantia personæ offensæ, & ratio est, quam innuimus, quia dignitas personæ non est causa præcisa augmenti offensæ; sed alia quoque concurrunt, quæ sunt finita, & limitata; sicut etiam actus charitatis in Deum non cretat in bonitate ad æqualitatem, quantum obiectum est boni, quia actus limitatur ex principio creato, a quo elicitur. Dices, offensa facta Deo excedit offensam factam cuiuscunque personæ etiam digniori, & digniori in infinitum, ergo est infinita simpliciter; consequentia patet, quia ex hoc arguimus Deum esse simpliciter infinitum in genere entis, quia excedit quodcumque ens creaturæ perfectum, & perfectum in infinitum. Resp. excedit offensam factam cuiuscunque personæ digniori, & digniori in infinitum, quia ipsa sit infinita, nego, quia attingit obiectum superioris ordinis, & infinitum, concedo, & per consequens participat tantum infinitatem quandam negativam, seu excellentiam superioris gradus, & ordinis, sicut etiam ex hoc, quod amor Dei, vel obsequium Deo factum excedit obsequium factum cuiuscunque personæ digniori in infinitum, non bene inferitur, quod sit obsequium infinitum simpliciter, sed tantum secundum quid, quia etiam ex aliis principiis dependet, a quibus limitationem sumit. Vel distinguendo antecedens, quod excedit propter excellentiam gradus superioris, non autem propter contentivam virtutem, vel emmententiam inferiorum offensarum; nec valet patitis de Deo assumpta, quia non solum Deus excedit omnes creaturas, sed etiam eminenter continet earum perfectiones.

Dices rursus, non tantum ex dignitate personæ offensæ cretat gravitas in iniuria; sed etiam ex virtute personæ offendentis; sed creatura Deo collata, sicut ab eo infinite distat, ita est infinite vilis, & pro nihilo reputatur, ut ait Ilas cap. 2. ergo saltem ex tali infinita distantia offensæ ab offenso deduci potest infinitas iniuriæ. Respondet nec rectè ex tali infinita distantia deduci infinitatem iniuriæ, alioquin æquè concluderet argumentum de peccato veniali, ut dictum est num. 186. nec creatura intellectualis est infinite vilis, & nihil; nam omnes creaturæ etiam vilissimæ, & abiectionis, ratione sue entitatis, & bonitatis æstimabiles sunt; comparative ergo duntaxat, & non simpliciter dicitur nihil propter excessum improporcionatum, & indeterminatum ex parte Dei. Accedit etiam cum personæ offendentis virtute sæpè consonantes esse conditiones, quæ iniuriam, & offensam extenuant, ut sunt defectus cognitionis, proclivitas ad peccandum, & alie, & ideo licet in creatura respectu Dei infinita vilitas concedatur, non adhuc sequitur Deum infinite offendi, & ideo ex virtute personæ cretat offensa solum proportionaliter, quia alie cause adiunt, quæ minuunt offensam, sicut supra dicebatur de dignitate, & excellentia personæ offensæ, tota autem doctrina hujus solutionis ad hoc argumentum calculatorium deducitur ex Scot. 3. disp. 19. quæst. 1. ad 2. prim. ubi illud soluit in terminis. Dices tandem cum Lezana cit. hanc solutionem salvare tantum, quod offensa, aut iniuria Dei active sumpta, aut passive tenet ex parte peccantis mortaliter non includit aliquam infinitatem; cum quo tamen adhuc fiat, quod passive sumpta, prout se tenet ex parte Dei, & afficit ipsum tanquam subiectum morale iniuriæ, includat illam. Verum neque in hoc sensu illam includere satis offendimus num. 184.

Secunda Obiectio ex natura peccati.

123. Secundum obiectum peccatum natura sua est destructivum Dei, quia peccator, quantum in se est, non est Deus dignitate ultimi finis, quantum potest, et privatur Deum dignitate ultimi finis, quia finem ultimum in creatura consistit, ergo habet malitiam simpliciter infinitam; consequentia patet, quia peccatum aggravatur ex damno, & nocimento illato, quod in peccato mortali est destructio esse Dei infiniti. Resp. negando assumptum, quia nec Deus est destructio finis capax, nec peccata Dei attingunt, nisi extrinsece, unde & extrinsece solum auferunt ab eo peccator rationem ultimi finis, quod licet cedat in offensam Dei, nullum tamen damnum ei intrinsece infert, unde inquit Job. 35. *peccaveris quid ei nocet? & si multiplicata fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum?* solet tamen hoc à Patribus interdum per hyperbolem exaggerari, ut offendant malitiam peccati summam esse in genere mali, nec aliquid detestabilius in rerum natura reperiri posse. Dices, saltem quatenus est ex affectu peccati est destructivum divinae maiestatis, & perfectionum illarum, scilicet, iustitiae, potentiae, ultimi finis. &c. Resp. negando assumptum; non enim qui peccat mortaliter vult explicitè destruere Deum, imò neque implicite; nam ille solum vult multiplicare alios destructores, qui facit aliquid unde certo, vel probabiliter novit processuram alterius destructionem; peccator autem putat ex eo, quod facit, non posse procedere Dei destructionem, & sepe habet in animo se id non facturum, si destrueretur Deus, vel aliqua divina perfectio. Verum quidem est, quod qui peccat, eadem inclinatione habituali, quae propendit in proprium bonum, inclinatur ad habendum actum conditionalem, quo vellet Deum non esse, aut non esse iudicem, & legislatorem, vel iustum, ne leges poneret, & ne de transgressoribus vindictam lueret; sed talis inclinatio vel nunquam, vel raro exit in actum, deliberatum, ut fufius Salas *lib. 2. c. 4. q. 4.*

124. Sed Dices, quid si directè, & formaliter vellet tollere rationem summam boni, & ipsum destruere, si esset possibile, nunquid huiusmodi peccatum esset simpliciter infinitum? Respondendo cum Salas negativè, quia licet voluntas haec tenderet in obiectum extrinsecum infinitum malum, nempe destructionem actum ipsius Dei; limitatur tamen ex modo finito, & limitato, quo in istud obiectum ferretur voluntas. Instabis, si peccato per aliquem actum destrueretur physice Deus utique actus ille esset infinitus malus simpliciter in genere physico; ergo ille illum peccator destruit quantum est ex affectu suo, contrahit malitiam simpliciter infinitam in genere moris; probatur consequentia, quia ad contrahendam malitiam non necessarium requiritur actus exterior, sed sufficit interior deliberatus etiam inefficax.

Respondendo concessio antecedente, negando consequentiam, quia tunc affectus ille finito modo tenderet in Deum: ad probationem dico non simpliciter à nobis negari consequentiam ex carentia actus exterioris, sed quia ex positione actus exterioris ponitur infinitas physica, siquidem illa hypotesi data; tunc peccatum necessarium esset infinitae entitatis physicae, & ex negatione talis actus exterioris removeretur infinitas in interiori. Dices (saltem occisio Christi est infinita mala, quia privatur bono infinito, saltem in genere moris, nam Christus est infinitae estimabilitatis. Negatur assumptum cum ejus probatione, quod enim in morte Christi fuit destructum, non fuit divinitas, quae est indestructibilis, sed humanitas; ac ejus unio ad Verbum, quae sunt entitates finitae; ac verò aliquam infinitatem moralem praesentant, *lib. 3. dicitur*; & quando etiam Haecoreum voluntas fuisse occidendi Christum Deum, adhuc tale peccatum fuisset intrinsece finitum, quia finito modo tendebat in tale obiectum, ut bene Bellarus *loc. cit.* Demum, si hoc argumentum, cui ad hoc dicitur Adversarii, vim aliquam haberet, concluderet etiam in peccato veniali malitiam simpliciter infinitam; quia si non est directè destructivum Dei, saltem est contrarium in eodem sensu, quo id dicitur de mortali, & per consequens destructivum saltem indirectè, quia tristitia non est cum Deo composibilis; probatur etiam infinitam bonitatem in actu charitatis, qui de se est laetificativus Dei, ejusque confectivus, cum per illam tribuatur Deo ratio ultimi finis.

Tertia Obiectio ex pena infinitate.

125. Tertio obiciunt ex pena infinitate peccato debita, siquidem offensae obnoxia debita colligitur, quam gravis sit: sed mortale puniuntur pena infinita, quae in aeternum durat, ergo &c. Respondet Doctor 3. *diff. 19. q. 11. ad 3. & 3. diff. 50. q. 6. in fine*, penam peccato mortali correspondentem non esse infinitam intensivè, sed extensivè, ideoque esse infinitam in duratione tantum, non vero formaliter, si enim de pena damni loquamur,

haec formaliter, & immediate est privatio beatitudinis, non Dei; si verò de pena sensus, haec quoque est cruciatus in intentione finitus: excelsus autem, vel gravitas culpae non debet attendi secundum quantitatem extensionis, sed intentionis, quia per se culpae correspondet pena secundum intentionem iuxta iustitiam distributivam. Neque infinita pena duratio correspondet peccato mortali ex propria natura (inquit Doctor) unde postea Deus infingere penam aliquam, quae tantum duraret per momentum, sufficeret punire peccatum; sed hoc accidit ex ordinatione divina si disponente; quia enim culpa, & peccatum durat in ordinata durationum voluntate, ideo quoque pena durat, ut notat Aug. de fide ad Petrum circa medium dicens, *permanente est eis iuxta afflictionis malo, permanens in eis iuxta retributionis damnum*; solet etiam alia congrui tas assignari per entitatis poenae, & est, quia maxime expedit, ut peccata gravia, veluti sunt mortalia veniant, ad hoc autem necesse fuit penam aeternam imponere; si enim esset spes finis poenae, non multum curarent homines de illa. Praeterea, si propter malitiam infinitam corresponderet peccato mortali pena infinita in extensione, ut servaretur proportio inter penam, & culpam, deberet etiam puniri pena infinita secundum intentionem, & non tantum pena infinita secundum durationem; imò si argumentum esset validum, probaretur à pari actum meritorium esse infiniti valoris, quia praemium sibi correspondens, scilicet, beatitudo esset extensivè infinitum, & ideo verum est quod aiebat Doctor proportionem inter culpam, & penam, ac inter meritum, & praemium, non penes extensionem poenae, vel praemii debere attendi, sed tantum penes intentionem.

Sed instat Coninch, cit. rationem perpetuae male voluntatis in damnatis perseverantis esse non posse causam aeternitatis poenae, quia damnum actu non demeretur peccando, vel non puniendo, dum non possunt; neque propter illam in aliam voluntatem in eis perseverantem puniuntur, sed propter peccata in hac vita commissa. Respondendo nec Scotum, nec Augustinum dicere damnatos puniri pena aeterna, & infinita, quia actu demerentur, postquam sunt in termino; neque quod actu puniantur propter illam malam voluntatem; sed quia fuerunt in causa, ut quantum esset ex seipso, in tali statu semper permanerent; unde duratio illa in aeternum in peccato est voluntaria in causa, dum voluntariè decesserunt in tali statu, in quo non possent agere poenitentiam, & ideo proportione servata etiam poena est in aeternum duratura; quod Doctor in 4. *diff. 46. q. 4. ad 2.* explicat exemplo de servo in foveam proficiente, à qua non possit, nisi Dominus auxilio eire, unde quantum est ex se habuit voluntatem interpretativam manendi semper in tali statu.

127. Praeterea impugnatur Coninch, quod aiebat Doctor extensionem infinitam poenae non facere, quod talis poena censetur simpliciter infinita in ratione poenae, & aquae ideo ex tali infinita poenae duratione non sufficeret deduci infinitam malitiam simpliciter in peccato mortali, cui correspondet; impugnatur, inquam, quia secundum veritatem, & communem hominum estimationem poena durans per duas horas ceteris paribus simpliciter in ratione poenae est duplo gravior ea, quae solum durat per unam horam; ergo quae durat per infinitas horas, erit infinites gravior ea, quae solum durat per unam horam, si cetera sint paria. Resp. esse duplo graviozem extensivè, non vero intensivè; neque enim intendit Doctor negare, extensionem aliquid addere ad rationem poenae, sed solum asserere, quod hoc non efficitur poena simpliciter infinita in ratione poenae, cum possit adhuc ex parte intentionis augeri; cum ergo ex parte intentionis, quae est principalior, possit poena in aeternum durans augeri, signum est talem poenam aeternam non posse dici simpliciter infinitam in ratione poenae, sed se infinitam scilicet, extensivè. Rursus, quando etiam concederetur talem extensionem infinitam, facere poenam simpliciter infinitam, non adhuc sufficeret ex ea deducere infinitam simpliciter malitiam in peccato mortali, cui correspondet; quia non ei correspondet ex natura rei, sed tantum ex ordinatione divina, ut dictum est; posset enim peccatum mortale sufficeret ad quatuor finitum tempore puniri, peccata ejus natura intrinseca.

At replicat Coninch, quia tunc possent damnati finito tempore sufficeret puniri, & consequenter non circa condignum, sed ultra condignum, & iniuste per aeternitatem detinerentur in inferno, quia exigeret Deus solutionem maiorem debito. Resp. concessio antecedente negando consequentiam, quia enim peccatum perpetuum in peccatore durat modo jam explicato, hinc iuste etiam durat in eo poena, unde non tam peccatum in se, quam ejus consummata duratio puniuntur in aeternum, & quidem iuste, iustum enim est, inquit Aug. cit. quod quantum durat culpa, quae fuit voluntaria in causa, duret etiam poena; Quod autem adhuc dicitur culpam puniri citra condignum, inquit Scotus, non attendi debet ex poenae extensione, sed intentione, quatenus culpa licet in aeternum puniatur, adhuc tamen non sic intensivè puniuntur, quantum meretur. Sed instat Amicus *diff. 23.*

128. *diff. 23. sect. 5.* quod hoc modo poena aeterna non responderet peccato mortali per se, & ratione suae intrinsecae indignitatis, & malitiae; sed solum ratione permanentiae, & perpetuitatis, eo modo peccato veniali quoque coniuncto cum mortali in inferno respondet poena aeterna; unde ex hac parte poena peccati mortalitatis non differet à poena peccati venialis cum mortali coniuncti. Haec tamen instantia parum nobis officit, quia in inferno sententia saltem est veniale mortali coniunctum in inferno puniri poena aeterna, ut constabit *quasi. seq.* Fortius impugnari potest data responsio, quia peccatum mortale ex se, praecedendo etiam à condonatione, & per petuitate, exigit legem comminantem poenam aeternam; ergo per se exigit aeternitatem poenatur, vel iniuste puniuntur à Deo poena aeterna.

129. Respondendo negando consequentiam; iustitia etiam punitiva est virtus, quae operatur secundum exigentiam demeriti, & culpa autem quantum secundum se, & antecedenter ad legem non exigit aeternitatem poenatur, quia potest sufficeret finito tempore puniri per intentionem poenae equivalentem malitiae; posita tamen lege illam exigit, etiam praecedendo à condonatione, & perpetuitate culpae, & consequenter Deus infligendo poenam aeternam facit secundum iustitiam; iuste etiam Deus tulit eam legem poenam aeternam comminantem pro quolibet mortali, nam semel statuta lege pro quolibet actu meritorio debet praemium infinitum extensivè, consequenter etiam iuste ordinavit pro quolibet peccato mortali deberi poenam aeternam; & praeterea hoc fieri debuit ad retinendos, & deterrandos homines à peccatis, etenim si modo non obstante tali motivo de aeternitate poenae, adhuc difficeret à sceleribus abstinent, tanto magis si poena fuisset temporalis; & in hoc sensu intelligendus est Scotus *loc. cit.* cum ait quod poena temporalis sufficeret pro culpa mortali, loquitur enim de peccato in se, & secundum ordinationem divina; supposita namque ordinatione praemii infiniti extensivè bonum finitum iuste quoque infiniti eodem modo puniuntur finitum malum; & sic licet absolute loquendo sufficeret poena temporalis pro culpa, tamen respectivè ex suppositione praemii infiniti pro bono finitum, iuste poenatur poena aeterna; quod peccatum mortale aeternam poenam meretur ex sola ordinatione divina docet etiam Suarez *tr. 1. c. 5. diff. 7. sect. 3. num. 11.*

130. Denique non desunt afferentes peccato mortali ex se condignam condignè respondere poenam infinitam extensivè; finitum vero intensivè; & adhuc negant hinc sequi esse infinitae malitiae simpliciter in ratione offensae, afferentes inde deduci tantum ipsam tantum rationem ordinis supremi, in quo reperitur, ut offensam Dei sit Amicus *diff. 23. sect. 5. n. 166.* & Arriaga *diff. 34. sect. 4. n. 20.* quoniam peccatum mortale ex se precise, quod est contra Deum est infinitum in ordine offensae, cum in tali ordine, & serie non habeat superius, & infra se infinitus excedat ordines offensionum; ex eo vero, quod eadem offensa procedat ex cognitione, & voluntario finitum peccatoris, est intra eundem ordinem tam quoad essentiam, quam quoad intentionem finitum, cum possit, & quoad essentiam variari, & quoad intentionem augeri, & minui; ergo ex ea parte, quae est infinita ratione ordinis condignè illi respondet poena infinita extensivè, quia verò parte est finitum, condignè illi respondet poena intensivè finitae. Ex quo Amicus dicitur iam patet, quomodo etiam concessio peccato mortali ex se correspondere poenam extensivè infinitam; non hinc rectè deduci esse infinitum simpliciter in genere mali, sed tantum ratione ordinis supremi, in quo reperitur ut habet rationem divinae offensa; talia quidem addunt Coninch, & Hurtad. *loc. cit.* ad offendendam infinitam malitiam peccati ex hoc capite, nempe ex infinitate extensiva poenae illi correspondentis, quibus occurrit Bellarus *loc. cit.*

131. Sed adhuc instabis, quod peccatum mortale non habet malitiam simpliciter infinitam; ergo finitum excedit veniale, quod est falsum; tunc quia communiter dicitur peccatum mortale esse infinitum, vel improportionabiliter majus veniali, tunc quia hinc lequeretur, cum veniale mereretur solum poenam temporalem, mortale non mereri eternam; Respondendo concedendo sequelam, & negando falsitatem; ad primam probationem dico, quod quando communiter asseritur mortale esse infinitum, vel improportionabiliter majus veniali, intelligendum est in causalitate, sed in malitia damni quod inferri, quia inferri poenam eternam, non vero in malitia morali intrinseca, quia in hac proportionem habet, & solum excedit sicut magnum excedit parvum, quando utrimque est finitum, quia ratione dicemus supra ex Scot. *diff. 21. q. 1. f. 1.* mortale, & veniale inter se differre genere theologico, non autem in genere moris; Tunc quia ut potat 1. atque *quod 5.* non sequitur hoc excedit illud in infinitum; ergo est infinitum, quod si argueret à dicto secundum quid dictum simpliciter, sed oportet addere, hoc excedit illud in infinitum finitum; quod tunc contingit, quando cum tali excessu concurrat etiam continentia formalis, vel virtualis perfectio inferiorum excelsarum; quod non evenit

Mela. In Secunda. Sententia.

in proposito; licet enim mortale excedat in malitia theologica infinita venialia, quae unum mortale constituere non possunt, illa excedit solum propter excellentiam gradus superioris, non autem propter continentiam virtutalem inferiorum offensarum iuxta doctrinam traditam *num. 190.* quia ratione dicimus, quod licet Angelus in infinitum excedat infinitas naturas imperfectiores sub se possibiles, non tamen dicitur infinitus, vel infinitè excedere, quia illas non continet formaliter, vel emittenter. Ad aliam probationem dico ex doctrina Scoti iam traditam, peccatum mortale non excedere veniale quoad poenam aeternitatem ex natura rei, sed ex ordinatione divina modo jam explicato, & hac ratione dicitur altioris ordinis etiam quoad demeritum, quam infinita peccata venialia, quia differunt solum genere theologico, non autem in genere moris.

Dices, ergo saltem in genere theologico erit mortale malitia infinita, quia mortale excedit malitiam infinitam venialium. Negatur consequentia, quia non est excessus per continentiam virtutalem illorum, sed solum propter excellentiam gradus superioris ordinis, alioquin idem inferri posset de actu supernaturali, cuius meritum excedit valorem inferiorum actuum naturalium.

Quarta Obiectio ex satisfactioe, & merito Christi.

132. Quarto obiciunt, peccatum exigit satisfactionem infiniti valoris; ergo est infinitum malum; probatur assumptum, Patres enim dicunt praeteritum Anselmus lib. cur Deus homo *cap. 21.* non potuisse fieri Deo dignam satisfactionem, nisi ab eo, qui simul esset Deus; consequentia etiam probatur, si enim peccatum non esset malum infinitum, tanta gratia poterit conferri alicui creature; ut illud ad aequalitatem compensaret. Confirmatur, quia dari possunt merita, & satisfactio infinita simpliciter, ut in Christo fuerunt; ergo etiam dari potest demeritum, & peccatum, offensiva infinita. Respondendo argumentum, si urget, probare peccatum quicquid veniale esse infinitum, nam si pura creatura non potest satisfacere pro peccato mortali alieno, neque poterit pro veniali; nihil tamen urget cum sua confirmatione contra nos dicentes cum Scot. 3. *diff. 20. & 4. diff. 15. q. 1.* puram creaturam potuisse satisfacere pro peccato de condigno, licet supposita Dei gratia; negamus meritum, & satisfactionem Christi fuisse simpliciter infinita; Cum verò Patres oppositum innuunt, vel loquuntur ex suppositione, ex secundum modum convenientiorem, & perfectiorem, non simpliciter, & absolute, & praeteritum Anselmus illius opinionis fuisse videtur, ut fufius 3. lib. dicitur; Alii vero (sunt cum D. Th. ad satisfaciendum Deo ex perfecta iustitia opus fuisse Deum fieri hominum; dicunt solum infinitam secundum quid in peccato sufficere; ne pura creatura possit pro illo ad aequalitatem satisfacere, quia illa infinitas secundum quid est major quibuscunque obsequiis pure creature, cum sit superioris ordinis, & talis conditionis, ut sua essentiali gravitate superet omnem satisfactionem finiti valoris. Et patet ad Confirmationem, negant paritatem, quia magis crederet valor operis exigentiae operantis, quam bonitas, vel malitia ex obiecto, vel ex dignitate personae, quae auctur, vel offenditur; Quod si ista disparitates non sufficiunt, inquit Salas, potius dicendum esse meritum, & satisfactionem Christi non fuisse infinita simpliciter, quam malitiam peccati esse simpliciter infinitam.

133. Sed Dices, meritum Christi esse infinitum, quia meritum etiam ex dignitate personae merentis, quae cum in Christo fuerit infinita, meritum quoque erit infinitum; & sic à pari peccatum quoque erit infinitum, quia ad gravitatem offensae contrit dignitas personae, quae offenditur, paria passiva, quod dignitas personae merentis concurrat ad meritum. Respondendo similiter instantiam aequè concludere de peccato veniali, nam quemadmodum propter infinitam dignitatem personae Christi quodcumque opus liberum, bonum, & (supernaturale est infiniti valoris, ita propter infinitam excellentiam Dei quicunque illius offensa etiam minima erit infinitae gravitatis. Negant igitur aliqui meritum Christi esse infinitum simpliciter ob eandem rationem, quia id negatur de peccato; quemadmodum enim peccati gravitas pensatur ex dignitate personae, non secundum se, sed prout est cognita, & ideo rectè semper est finita, cum semper cognitio sit finita; ita dignitas meriti, & valoris in opere sumitur quidem ex persona, sed modo voluntario, five in quantum est cognita, & consequenter cum cognitio sit finita, etiam meritum erit finitum. Sed hoc satisfactioe non videtur, persona siquidem dignitatis opus, & meritum, non tamen per modum obiecti, atque ideo non debet cognosci, ut operi refundatur meretur; nam iustus ignorans suum statum gratiae adhuc meretur de condigno praemium pro opere bono (supernaturali, quod opus valorem recipit à gratia, quae est dignitas, & excellentia personae operantis, & omnino ignorata; cum ergo tale discrimen versetur inter valorem, quem accipit meritum Christi à dignitate,

te personam; & gravitatem peccati, quæ oritur à circumstantia personæ offensa per modum objecti; allata responsio non videtur omnino satisficere; quamvis enim ob eam rationem bene negat infinitatem in peccato, non tamen in merito Christi. Hæc de causa Scotiæ concedunt meritum Christi esse saltem extrinsecum infinitum, quatenus ex infinita dignitate personæ meritis habeant opera Christi congruitatem, ut à Deo acceptentur ad infinitum præmium, ut ex professo lib. 3. dicemus.

- 204 Sed ex hoc doctrina adhuc oritur difficultas, nam sicut meritum Christi in hoc sensu est infiniti valoris, quatenus à Deo ordinatur ad omne præmium ob congruentiam personæ infinitæ, cujus est; ergo pariter peccatum habet infinitam gravitatem in hoc eodem sensu, ut ordinari debeat à Deo ad præmium infinitum ob congruentiam personæ infinitæ, quæ offenditur; Neque dicas hinc sequi peccatum dici duntaxat extrinsecum infinitum, ut dicitur meritum Christi. Nam neque in hoc sensu tanta infinitas in peccato mortali concedenda videtur, ut rationis personæ offensa congruentiam habeat, quod à Deo ordinetur ad omne præmium, quæ tunc unum peccatum non meretur majorem præmium alio, sed omnia æqualem. Respondetur in primis nullum esse inconveniens, si dicemus peccatum ob rationem offensa gravis contra personam infinitam habere congruitatem, ut à Deo ordinetur ad præmium quodammodo infinitum, scilicet, in duratione, ut dicebant Amicus, & Arriaga supra citati: non enim sequitur ob id omnia esse equalia in merito peccati, quia adhuc differuntur possunt in ordine ad intensiorem penam; Deinde ex dictimine allato de persona operante, ut refundit valorem in opus, & persona offensa, ut refundit gravitatem in injuriam illatam, bene declarari potest; quomodo de meritum Christi majorem infinitatem habet extrinsecum ex circumstantia personæ operantis, quam peccatum ex circumstantia personæ offensa; quia gravitas injuriæ habet undè limitatur ex circumstantia personæ, cum non penetur ex dignitate personæ secundum de consideratione; sed prout cognita; quæ cognitio cum sit finita, & limitata, limitationem quoque causat in peccato, adeo ut non sit ordinabile ad omne præmium; at actus meritorius ad hoc, ut dignificetur ex persona, non habet undè limitetur ex tali circumstantia, quia persona concurrat ad valorem, & estimationem operis absolute, & secundum de consideratione, non verò, ut cognita; undè si procedat à persona infinita, congruitatem habet, ut acceptetur, tamquam infinitus ex circumstantia personæ, & ut ordinabilis ad omne præmium; Hæc igitur de causa meritum Christi ex circumstantia personæ habet congruentiam ad omne præmium, quia non habet undè limitetur ex hoc capite: at verò offensa Dei limitationem habet à cognitione finita ipsius Dei offensa, atque ideo ex tali circumstantia congruentiam non habet, ut ordinetur ad omne præmium.

Quinta Obiectio ex modo loquendi Patrum.

- 205 Quinto tandem obijciunt; cum Patres dicunt peccatum habere infinitatem, non significant tantum, quod sit malum infinitum, quia contra objectum infinitum; nam hoc modo etiā actus supernaturales, quibus in Deum tendimus, essent infiniti boni, quod nullum asserit; ergo aliam infinitatem præter objectivam, & extrinsecam adstruere volunt; ergo communis illa responsio, quam asserunt Bonacina cit. Calsenti, & alii nostræ opinionis confortes non est bona, dum iniquitatem malitiam peccati sed injuriam, & offensam in peccato esse infinitam extrinsecam, & terminativam, quod probant, quia ita est infinita injuria in peccato, sicut infinita est bonitas in actu dilectionis Dei; sed bonitas in actu dilectionis Dei est infinita extrinsecam, ac terminativam, cum actus dilectionis Dei tanquam terminum & objectum respiciat Deum infinitum; ergo injuria in peccato est infinita extrinsecam, ac terminativam. Non, inquam, hæc probatio valet, quia si id sufficeret, Patres talem infinitatem non specialiter de peccato enunciant.
- 206 Respondent communiter; Patres eo loquendi modo intendere solum explicare illam summam infinitatem offensa in peccato, quæ illi convenit ratione ordinis supremi, in quo reperitur, quæ est infinitas negativa, & secundum quod, non verò positiva, & intrinsecam. At neque hæc responsio satisfacere videtur, quia talis infinitas convenit visioni, luminis gloriæ, ac amore Dei supernaturali, & talem infinitatem de his quoque concludi arguendo calculatorio diximus lib. 1. disp. 6. de visione beata qu. 1. nu. 13. cum ergo Patres modo adhuc magis speciali infinitatem enunciant, & adscribant peccato, quam his actibus ordinis supernaturales; non nisi de infinitate simpliciter, & positiva videtur esse locuti. Dicendum igitur est offensam Deo factam non præcisè dici infinitam, sicut ceteri actus, qui tendunt in objectum infinitum; sed quia injuria ex dignitate personæ offensa speciali modo solet crescere, & gravior exultimari, quam crescant ceteri actus ex tendentia in objectum infinitum;

negati enim nequit, quin in genere moris, & juxta communem hominum estimationem efficaciori modo infinitatem refundat in injuriam personæ infinitæ offensa, quam in ceteros actus ipsam attingentes, quia nihilum offensa non tantum respiciat personam offensam in ratione objecti, sicut ceteri actus, sed etiam in ratione subiecti moralis male se habentis; quæ ratio non dicimur pati amorem; aut honorem alicujus, bene tamen injuriam, & offensam, & hinc est, quod licet visio, & amor Dei; ceterique actus supernaturales ratione objecti infiniti, quod attingunt, dicantur infiniti ratione ordinis, quia ex tendentia in tale obiectum dicuntur actus alioris, & superioris ordinis, quam sint actus omnes naturales possibiles; adhuc tamen peccatum mortale in genere offensa, & injuriæ Deo illata, speciale quodammodo, & excellentiori dicitur infinitum ratione ordinis supremi, in quo constituitur ratione dignitatis personæ offensa. Quoniam tamen dignitas personæ non est causa præcisa gravitatis offensa, sed concurrunt etiam alia causa gravitatem offensa limitantes, præcipue cognitio personæ offensa, & conatus potentis offendendi; hinc est, quod offensa personæ etiam infinitæ nequit dici simpliciter infinita, neque crescit omnino ad æqualitatem, sed solum secundum aliquam determinatam proportionem; alia quædam argumenta minoris momenti vide solita apud Bellum loc. cit. pro dignitate hanc questionem tractantem, & apud Arriagam tom. 6. disp. 3.

QUESTIO OCTAVA.

An veniale mortali coniumtum puniatur in inferno pena æterna.

Non est sensus questionis, ut aliqui intellexerunt, an peccatum veniale quoad culpam remittatur in inferno, & conuequenter quoad penam; sed agitur præcisè de peccato veniali, five quoad culpam remissum fuerit; five non; & quicquid sit, an reatus culpæ peccati venialis possit remitti in alia vita, five in inferno, five in Purgatorio; & eadem difficultas moveri solet de peccato mortali in hac vita remissi, quæ tamen hic non fuerit soluta; Certum enim est non semper remisso mortali, & veniali quoad culpam remitti omnem omnino penam, sed restare aliquam temporalem solvendam in Purgatorio, quando in hac vita non est sufficiens soluta; Quia ergo contingere potest, quod penitentis, nondum expleta penitentia de peccatis remissis, recidat in mortale rursus, in quo moriatur, quæstio habet locum in eo mortali prius remisso, an nempe illud, quod remissum est quoad culpam, non tamen quoad penam, puniatur in æterno; undè quia difficultas in hoc sensu utrumque peccatum concernit, tam veniale, quam mortale; quoad utrumque solvenda erit.

Tres itaque in hac controversia sic intellecta sunt sententiæ, duæ extreme, & una media: Prima extrema docet peccatum veniale five dimissum quoad culpam, five non, per accidens in inferno puniri penam æternam ex conjunctione cum mortali, & idem asserit de peccato mortali remisso jam remisso, quod in damnato nunquam remittitur ex conjunctione cum mortali non remisso adeo ut in inferno nulla unquam pena remittatur; pro qua citatur D. Thomas quæst. 87. art. 5. & defendunt Thomistæ passim Valquez, Suarez, Salas, Montesinus, Lezana, Alvarez, Serra, Hacquetus, & alii, quorum præcipuum fundamentum esse videtur, quia si in inferno aliqua pena remitteretur, five mortalis in hac vita dimissi, five venialis dimissi, vel non dimissi in hac vita quoad culpam; jam ibi esset aliqua redemptio, & consolatio. Secunda sententia extrema docet peccatum veniale, five in hac vita dimissum quoad culpam, five non, sola temporali pena etiam in inferno puniri, licet cum mortali conjunctione; & pariter asserit penam peccati mortalis hic dimissi, sed non in hac vita solutam, in inferno per solvi, ita Scotus 4. disp. 21. qu. 1. quam tenent omnes Scotiæ & Nominales Faber de pæni. disp. 40. Vulpes disp. 147. art. 6. & 7. Hübner 4. sent. tom. 1. disp. 19. sect. 3. Arretin. ibi asserit. 21. qu. 1. art. 2. Hiquens ibidem qu. 1. nu. 35. Calsenti disp. 6. sect. 5. Poncius disp. 22. qu. 9. Vega lib. 1. in Trident. cap. 16. Navarros de pænitent. disp. 6. c. 1. n. 2. 7. & 28. & nuper Arriaga disp. 43. sect. 4. ac alii quampures. Tertia denique sententia media docet, si peccatum veniale sit remissum quoad culpam ejus penam etiam in inferno non esse æternam, secus autem si remissum non sit quoad culpam: ita Durandus 4. disp. 21. qu. 2. & 3. disp. 22. qu. 1. declarat asserit peccata mortalia prius remissa quoad culpam, relicto tamen reatu penæ temporalis, non redire quoad æternitatem penæ per se sequens mortale peccatum, sed puniendam adhuc esse in inferno sola ipsa temporali pena: hanc mediam sententiam secuti sunt Lorca disp. 55. de peccatis, Averra qu. 88. sect. 3. Amicus disp. 23. sect. 6. ac valde probabiles censent Salas, Tannerus, & alii.

ARTI-

Quæstio VII. An veniale in Inferno in æternum puniatur. Art. I.

ARTICULUS PRIMUS.

Negative deciditur Quæstio.

- 209 Decidendum est cum secunda sententia, veniali etiam conjunctione cum mortali penam æternam non deberi, sed temporalem, & de facto ita puniri in inferno, five in hac vita dimissum sit quoad culpam, five non; & idem judicium fieri debet de peccato mortali remissi hic non soluta quod scilicet per solvatur, ac terminum habeat in Inferno. Ita Scot. loc. cit. & Scotiæ omnes quibusdam Hispanis duntaxat exceptis Herreza disp. 32. quæst. 5. & Angles de Sacramento penit. art. 5. qui trepidantes timore, ubi non est timor, Magistrum deservere dicentes (& quidem satis frigide) non fuisse assertive locutum dum asseruit penam peccati venialis in inferno esse temporalem, & quandoque finire, non sentiant Nominales ibid. 4. disp. 21. Rubion quæst. 2. art. 2. Maior qu. 1. Gabriel. disp. 16. qu. 5. art. 3. & Recentiores quampures adherentes penam mortalium remissorum, & venialium etiam non remissorum quoad culpam per satisfactionem in inferno finiri: siquidem de pena remissorum concedunt etiam Auctores recte sententia medie.

- 210 Præmissa itaque probantur a facillioribus incipiendo, peccatum veniale remissum in hac vita quoad culpam debere puniri tantum ad tempus in inferno mortali conjunctionem, ac idem putandum esse de peccato mortali antea remissi quoad culpam, nempe finiendo esse suo tempore in inferno permanente pena æterna aliam culpam mortalium non remissarum: hoc totum probat Doctor 4. disp. 21. qu. 1. C. & D. quia peccato veniali, nec per se, nec per accidens æterna pena debetur; non quidem per se, quia mortale, & veniale sunt inproportionabilia in ratione malitiæ, vel offensa; ut etiam Thomistæ concedunt; ergo pena secundum iustitiam correspondens mortali inproportionabiliter, & in infinitum excedit penam veniali correspondentem, non intensivè, cum quilibet pena secundum intensiorem finitè excedat aliam, vel excedatur ab alia; ergo hæc erit secundum extensionem; non ergo debetur peccato veniali pena æterna secundum se. Nec etiam debetur per accidens, & ut mortali conjunctione, quia Deus penam puni citra condignum, & etiam quod secundum rigorem iustitiæ puniret usque ad condignum, omnino iniustum est æternam penam infligere pro isto, cui secundum de debetur pena temporalis; quantumcumque enim coniungatur alteri, hoc non facit istud infinitum exire genus istius culpæ; igitur neque per accidens sibi correspondet pena æterna; peccato igitur veniali finitè sit puniendo, five in inferno, five alibi, non debetur nisi pena temporalis si nec est inconveniens istam penam veniali debentem habere terminum in inferno; quia etiam verè pensamus primo, & partem penitentis impositæ explens, & ante totam expletam recidivam in mortale etiam in illo mortali decedens pro parte penitentis restitua explenda solvet penam in inferno, sed non nisi temporalem, quia ex quo in remissione peccatorum peccatorum commutabatur debitum penæ æternæ in debitum penæ temporalis, nunquam iste est debitor nisi penæ temporalis, & per consequens pena temporalis soluta, est liber ab illis. Nec tamen in inferno erit redemptio quoad illud peccatum, pro quo quis damnatur; quia pro isto debitum penæ æternæ nunquam fuit commutatum in debitum penæ temporaliis, quæ commutatio vocatur remissio culpæ mortalis, & ideo manet semper illud debitum, si nunquam potest esse illa pena tota soluta, ita discit Doctor loc. cit.

- 211 Confirmatur, qui debitor est alicuius penæ, & illam exad solvit juxta mensuram taxationis factæ, planè mox redditur immanis ab omni obligatione, sed dimissa culpa veniali; pena quæ remanet pro ea solvenda, taxata est à Deo, & ad finitatem reducta tam intensivè, quam extensivè; ergo elapso tempore præfixo pro solutione talis penæ, etiam qui in Inferno exiit, à tali penæ liberabitur, atque ita pena venialis, vel etiam mortalis debita, quorum culpa, fuit in hac vita remissa, tandem in inferno terminabitur; Denique duplici de causa ad summum penam alicuius peccati possit esse æterna; prima, quia peccatum ex sua gravitate illam meretur, cuiusmodi est mortale; altera quia perseverat culpa, quæ perseverare non potest cessare pena, sed nulla est hic causa potest, inesse veniali, vel mortali in hac vita remissorum; ergo decedunt est æternamque in inferno remitti posse quoad penam, si in hac vita dimissa fuerit quoad culpam.

- 212 Respondent Thomistæ ex Cæter. peccatum veniale posse spei gratiæ dupliciter, vel per se, & solitari; vel ut in tali supposito reperitur, & dicunt iudicium de pena peccati venialis non esse ferendum ex ipso per se, & solitari inspecto, ne quom unque debetur pena temporalis, sed ut reperitur, in hoc, vel illo supposito in gratia, vel peccato mortali existente; nam in supposito habente gratiam puniendum est pena temporalis, & in

habente peccatum mortale est puniendum pena æterna ob conjunctionem cum peccato mortali. A I. Consequenter, patet dicuntur alicuius duas causas non sufficere, ut aliquod peccatum dicatur mereri penam æternam, sed hanc quoque tertiam addendam esse, conjunctionem, scilicet, cum peccato mortali; Sic tandem dicunt ad illud de restituta pena peccati mortalis in hac vita dimissi quoad culpam, quod in damnatis evadit æterna propter concomitantiam peccati mortalis. Hanc communem solutionem fuisse relictam Faber loc. cit. sed breviter refellitur, quia peccatum veniale in via ex conjunctione cum mortali non meretur penam plusquam finitam extensivè; ergo sic etiam in inferno; Item eadem pena in inferno non crescit intensivè ex conjunctione cum mortali, aut ex ita damnationis; ergo neque crescit extensivè. Tandem illa pena debetur peccato veniali, vel mortali, quod supponitur dimissum in hac vita, neque reddit quoad culpam, neque ex conjunctione cum mortali non dimisso recipit novam malitiam, sed semper remanet in linea supplicij debiti peccato veniali, vel mortali jam dimisso; ergo nulla causa potest assignari, ob quam de temporali fiat æterna.

Respondet Serra quæst. 87. art. 3. quod licet ex conjunctione ad mortale non crescat in veniali ratio, culpa, fieri tamen culpam irreversibilem per accidens, sique ea non dimissa remanet reatus; & dignitas penæ in perpetuum, ac proinde fit pena æterna. Sed hæc responsio in proposito locum non habet, quia nunc supponimus culpam venialem, cuius pena in inferno remanet solvenda, esse in hac vita dimissam quoad culpam, & remanere tantum quoad penam reatum. Hæc de causa subdit postea ex D. Thom. hic art. 6. quod remota etiam macula culpæ potest adhuc remanere reatus, non peccati simpliciter, sed satisfactorie, hoc est, quæ per satisfactionem solvi debet; ponantur illam assumendo in recompensationem culpæ præteritæ, vel etiam à Dei illatam patienter sustinendo; alias enim qui vixit hujusdam iniquo animo, & impatienter ferunt, penas suis peccatis debitas solverent, ita in alia vita eas solvere non tenerentur; sed in inferno nulli est satisfactio, cum damnati penas omnino inviti, & impatienter patiuntur, & non sint in gratia, nec displicentia illius peccati habent, quæ sit actus moraliter bonus; quamvis ergo semper satisfaciunt, semper tamen manet reatus penæ, pro qua satisficere tenebantur, atque ita pena est perpetua. Non est autem eadem ratio de existentibus in purgatorio, nam sicut culpa venialis in eo, qui decedit in gratia, post hanc vitam dimittitur per ignem purgatorium ex D. Thom. 4. disp. 21. quæst. 1. art. 3. quia pena illa aliquantulum voluntaria virtute gerit habet vim explandi culpam omnem, quæ simul cum gratia stare potest, ita & habet vim tollendi reatum penæ; quare æternitas penæ venialis, vel mortalis jam in hac vita dimissi pronvenit esse impossibilitate tollendi reatum per satisfactionem, vel satisfationem sufficientem ad illam delendum in Inferno.

Cæterum hæc responsio vim argumenti non tollit, quia ut notat Doctor 4. disp. 21. quæst. 1. art. 4. aliud est loqui de satisfatione, aliud vero de satisfatione; de ratione quidem satisfationis est patientia intolerando, siquidem satisfactio valet pro peccatis per modum meriti mortalis ad hoc, ut Deus penam condonet, non autem est de ratione satisfationis, quæ proprie est pura, & nuda solutio penæ abique ullo merito; undè pena solvi potest, quantum iustitiæ debetur, per solum satisfationem involuntariam, quod declarat Doctor exemplo ex actibus humanis delumptis; si enim alicui offensa in Regem correspondeat præcisè secundum legem abfessio manus, si isti etiam inviti abfessum manus, satisfaciunt, & hoc ad sufficiens Regis, quod secundum legem, & iustitiam non dependet ab eo penam ulteriorem exigere, & tamen non recipit eum in gratiam, vel amicitiam; ergo satisfactio, ut talis, non requirit voluntariam, aut amicabilem acceptionem penæ, sed præcisè physicam illius tolerantiam, & ad solvendam penam non requiritur status gratiæ, sed iustitiæ, ut juxta præceptum iudicis, & sententiam illa solvatur.

Hoc patet, cum ex legibus humanis, ut dicebat Doctor, quæ ad solvendam penam non requirunt, ut reus sit cum offensa reconciliatus; cum ex divinis, siquidem damnati condigne solvant penam æternam sibi propter peccata à Deo impositam, etiam sine in statu inimicitie; ergo pariter etiam condigne poterunt in proposito solvere penam temporalem pro peccatis in hac vita quoad culpam remissis. Consequenter patet, quia hic non agitur de satisfatione meritoria, reconciliativa, & placativa Dei, & quæ facit remittere reatum; sed de satisfatione pura, & nuda, quæ est satisfactio, sed passio penæ secundum equalitatem, per quam exingitur debitum totius penæ, tanquam per adæquatam solutionem, quemadmodum enim in humanis debita pecuniaria, vel suppliciorum, aut in alia materia, extinguuntur per adæquatam solutionem suppliciorum; ita similiter debitum penæ poterit exungi per illam solutionem, quam doctrina de satisfatione prout distinguitur à meritoria, & reconciliativa

satisfactioe plausibiliter recipiunt, & suse declarant. Amicus, Arriaga, Averla, & ceteri auctores tercia opinionis media, que addo clara est, ut in nullo negari possit in legibus humanis veritate. Scio Auctorem Contr. inter Scotistas 2. p. contr. 19. velle peccatum veniale in Inferno deleri per actum, & motum liberi arbitrii, vel in ipsum peccatum deestando illud, vel in Deum; quem valide reicit Gavarrus *disp. 4. de sacrificio Mil. se. 2. c. 3. n. 23.*

215 Preterea salum quoque est discrimen allatum inter existentes in Purgatorio, & in Inferno quoad solutionem pene, cum enim tam illi, quam illi non sint in statu, nec merendi, nec demerendi, nec in statu satisfaciendi, sed tantum satisfaciendi, nequeunt in altera vita, ubiqueque reperiantur, pro se satisfacere, sed tantum satisfaci; quia ratione, ut advertit Averla, citat. quoniam animae in Purgatorio existentes libenter, & patienter penas tolerant, adhuc solvere debent totam penam condignam; & contra quamvis animae damnatae impatienter tolerant, & invito non ob id maiorem penam incurunt, quam ab initio de rigore debita; Unde etiam si existentes in Inferno nullum ad impatienciae exercerent, & existentes in Purgatorio nullum patientiae, adhuc deberent singulae totam penam debitam solvere, quia cum non sint in statu merendi, vel demerendi, nec illae merentur, vel satisfaciunt per suam patientiam, nec illae per suam impatienciam plus demerentur, ex quo tandem concludendum est, neque propter patientiam penam reddi eternam in Inferno. Ex qua doctrina constat etiam Infantiam illam nullam esse cum dicebatur, penam a Deo illam patienter esse sustinendam, ut sit sufficiens pro peccatis & aliquo modo satisfactoria; alias qui vitae huius molestias patienter ferunt, penam suis peccatis debitas solveret. Nulla, inquam est, quia illa est ratio vice praesentis, & alia futurae; cum enim hoc tempus nobis datum sit, non ad satisfaciendum simpliciter, sed satisfaciendum quia hic est status merendi, & demerendi, ideo in hac vita opus est saltem patienter ferre penam in inferno autem homo est in statu pure satisfaciendi; unde maior est ratio; cur ibi potius, quam hic existens in peccato, & impatiens ferens, solvat penas ex peccatis remissis relictas, ita sapienter Deo disponente, ut nullum opus in hac vita nobis valeat ad remissionem penae, quod pariter non valeat ad premium, alias enim disparitates non minus evidentes ad hoc affert Arriaga *disp. 53. c. 1. n. 20.* ibi videndas. Calpen. tamen hoc etiam concedit de penalitatibus in hac vita impatiens tolerat si ordinatur in punitionem peccati.

216 Respondent denique alii, penam illam aliquo finem non terminari pro accedens, quatenus damnatus semper perseverat in peccato, non solum virtualiter, sed etiam in actu; si quidem ex odio in Deum semper approbat peccata commissa, & semper complacentiam habet in eis peccatis, pro quibus puniunt, pena vero est ordinata ad correctionem rei, ita ut debeat continuari, quoties ille non recipit, unde si lex praecipiat verberari reum propter verba turpia, si inter verba perseveraret in peccato, merito debent verba multiplicari, & continuari; cum ergo damnatus sit semper obstinatus, & incorrigibilis consequenter debet semper eadem pena puniri, ita Cardinalis de Lugo, & alii.

217 Hoc etiam tenetur evidenter; ex hac siquidem solutione sequeretur peccatum veniale deterius esse mortali, etenim pena peccati mortalis ex oblatione nullo modo crevit neque intensivè, neque extensivè; verò pena peccati venialis crevit extensivè, sequetur etiam damnatus puniri debere de peccatis jam omnino remissis, non tantum quoad culpam, sed etiam quoad penam, quia non tantum complacentiam habet in illis, sed etiam in illis, quod nullus asserit, & est profus absurdum. Quamvis ergo damnatus habeat modo complacentiam in peccato praeterito jam dimisso, non ideo sequitur peccatum illud deberi ulterius sine fine torqueri, quia urbane notat Arriaga, cit. *num. 1.* talis complacentia non facit ut peccatum praecedens nunc augeatur, aut quod fuerit maius; sed est novum peccatum nunc primum commissum a damnato, & reflexum supra antiquum; unde et hoc novum peccatum novam penam meretur, non ideo antiquum jam remissum meretur maiorem. Accedit, quod hoc nova complacentia a Deo non puniunt in inferno, nec damnatis imputatur ad novam culpam; cum non fiat in statu nec merendi, nec demerendi; ergo multo minus potest esse ratio, cur peccata praeterita magis puniantur aliunde remissa, nam propter unumquodque tale, & illud magis. Tum quia si esset ratio, cur peccata praeterita magis puniri deberent, non esset ratio, cur magis puniri deberent extensivè, quam intensivè, ut constat ex ipso exemplo in solutione adducto; si enim quis prioribus verbis turpibus addat magis enormia, non solum addunt verbera, sed secundum legem merito sunt graviora; ergo illa oblatione, vel nova complacentia de peccatis praeteritis non est causa, cur illa pena intendatur, neque erit causa, cur extendatur. Denique satisfactio non

petit, vel non est de ratione eius, ut actus per eam corrigatur reus, & alii exemplo illius; nam potest teus suspendi, & alii communitatis adhuc in suis criminibus perseverare; sed de ratione eius solum est, quod pena talis sit iuxta proportionem delicti, ut possit illum corrigere, quantum est ex se, & ceteros in posterum fricare, sive postea talis correctio in reo sequatur, & in aliis, si vive non.

Secundo principaliter probatur ulterius etiam veniale hic non dimidium quoad culpam in inferno mortali conatum non adhuc puniri aeternaliter, sed temporaliter, quod difficultus videtur, ideoque ab Auctoribus tertie sententiae non admittitur, probatur, inquam quia si reatus pene praedicti venialis remitti non posset in inferno in casu proposito, hoc ideo esset, quia manere culpa, & macula mortali necessario manet reatus pene, & obligatio ad ipsam indelebilis, nisi prius deleatur macula, quia non finitur pena durante culpa, sed hac ratio, ob quam praecise negatur id ab Auctoribus tertie sententiae non obstat, ergo & c. probatur minor, quia huiusmodi reatus, vel obligatio ad penam non correspondet durationi reatus, vel habituali culpe, sed mansioni physice, quae per istam saltem formam igitur talis duratio mortali, vel habituali culpe praeterea parum, vel nihil refert ad hoc, ut reatus, & obligatio ad penam culpe praeterea correspondentem cesset, & remittatur, sed durante reatu culpe, quae dicitur macula mortali, poterit adhuc tolli reatus temporalis pene etiam in inferno; probatur assumptum, nam post penitentiam de veniali factam, & remissionem eius quoad culpam, adhuc manet reatus, & obligatio in penitentem ad solvendam penam temporalem illi peccato debitam; ergo nec mansio mortali macula est causa mansionis illius reatus pene, quasi fovens illum, & conservans; nec ablatio ejusdem, & expulso est causa expulsiōis ipsius reatus, & per consequens, sicut auferat illa macula manet adhuc reatus, ita poterit manere macula, & ipse reatus per satisfactioem avelli. Ita dicitur Hübner *disp. 19. c. 1. se. 5. c. 3. n. 23.* Verum haec ratio convincere non videtur dicent enim Auctores, quod licet non sit tanta connexio inter culpam, & penam, ut nequeat manere reatus, & obligatio ad penam, praeterea ipso reatu culpe, sunt tamen in consensu connexa, ut nequeat manere reatus culpe, quin etiam simul remaneat reatus, & obligatio ad penam, quia nunquam cessat obligatio ad penam durante culpa.

Melius ergo id probat Arriaga *cit. num. 16.* ubi rem hanc actu 219 tetigit, & medullis explicuit; etenim quantitas pene non respondet durationi habituali culpe, sed respondet gravitati culpe, vel eius physice, & actuali durationi, quando actus peccaminosus fuit elicitus; ergo ex eo quod culpa semper durat moraliter, habitualiter per non retractationem, non feritur eam penam protrahendam; consequentia patet, & probatur assumptum, etenim qui peccavit, & diu mansit in habituali peccato non propterea meretur vel per unicum momentum amplius torqueri, quam ille qui statim in fragrant caput, & puniunt; neque est contra hic minus meretur; quam ille, qui post annum, si aliquando delicta fuerit aequali; ergo duratio major habitualis, non augeat ullo modo meritum pene, nec consequenter major pena, vel minor responderet durationi habituali culpe, & mortali, sed gravitati, vel ad summum physice durationi; quare etiam si homo in aeternum daret in habituali veniali, non ideo potest diutius torqueri propter illud, ut in hac vita commissum.

Confirmatur, quia si ratio illa esset vera, quod manente mortaliter culpa, tamdiu debeat protrahi pena, sequeretur delinquentem de sua culpa non dolentem, pena semel inflicta, adhuc nova, & nova dignum esse, quod in humana iustitia est profus inaudibile; ut v.g. si quis delictum aliquod commisit, pro quo meretur una vice duntaxat virgis cedi, si ille non doleret de culpa, & diceret se non habere dolorem, nec de tali culpa poenitere; sequeretur hunc tamdiu virgis debere cedi, donec culpa in ratione culpe tolleretur per retractationem, si ergo verum est, quod omnes supponunt, Deum non punire peccata, quae in Inferno de novo committuntur, debemus concedere pro veniali, ut in hac vita commissis, etiam si habitualiter durent, non possit hominem perpetuo puniri, cum tantus rigor etiam in humanis iustitiis censetur. Denique ex opposita sententia bene deducit Arriaga sequi, posse in Inferno per totam aeternitatem gravius aliquem puniri ob venialia, quam ob mortalia, quod est manifestum absurdum; nam si supponatur, quod habere centum venialia, ob quae meretur penam intentam, ut decem, si ceter per unum tantum diem; & habeat unicum mortale, quod meretur penam, ut quatuor; ille puniretur, ut centum in aeternum propter venialia, & ut quatuor propter mortale; quod plane est absurdum licet id concedat Amicus, quia sicut nec per se, nec per accedens venialia, quantumvis multiplicentur, possunt aequare unum mortale in culpa; ita eodem modo dicendum est de pena, cum pena debeat esse iuxta proportionem culpe.

Terio

Tertio tandem probari potest ex eo, quod veniale conatum cum originali solo non puniatur aeterna sententia, & tamen tunc maneret semper ea culpa; ergo culpe veniali etiam non remissa pena aeterna non responderet, probatur assumptum, quia si decedens cum veniali, & solo originali puniendus esset aeternaliter pena sententia pro veniali, tunc esset puniendus in inferno damnatorum & pena eorundem, quae est pena damnati & sententia aeterna; hoc autem falsum esse jam ostendimus supra *disp. 4. q. 4.* quia nemo ad infernum damnatur, nisi propter peccatum actuale mortale. Neque dicant Thomistae repugnare hominem mori cum solo originali, & veniali. Nam oppositum etiam ibidem ostendimus, cum nulla sit repugnantia in aliquo puero ad sufficiens dari aliquod veniale, & cum eo ex hac vita decedere cum originali. At respondent aliqui, quos citat, & sequitur Salas *cit. negando* pacitatem, vel consequentiam, dicentes, decedentes cum solo originali habituros amorem Dei naturalem, & tolerantes in eo casu eam penam sententiam aequam, ideoque per talem satisfactioem satisfacturos pro culpa veniali, in qua decederent cum originali. Verum omnino incoherenter, vel non omnino certum, an sine habitu letitiae amorem Dei naturalem, & hoc concessio, negant aliam amorem naturalem esse sufficientem ad satisfaciendum pro culpa veniali, praeteritum cum in alla vita non datur status merendi, vel demerendi; & denique jam ostensum est supra eam patientiam, ac tolerantiam ad satisfactioem minime esse necessariam; alii Thomistarum evasiones praclusae sunt superius *disp. 4. q. 4. cit.*

ARTICULUS SECUNDUS.

Respondetur argumentis oppositis.

221 In oppositum arguitur Primo ad probandum peccatum veniale five dimidium quoad culpam in hac vita, si non puniuntur in Inferno pena aeterna ex conjunctione cum mortali; ac pariter ob eandem rationem penam mortalem quoque in hac vita dimissi quoad culpam debere in aeternum produci, & protrahi; quia si in Inferno aliqua pena remitteretur, ergo iam ibi esset aliqua redemptio, & aliqua consolatio; magna enim esset consolatio, si omnis pena peccatorum venialium, ac etiam mortalium in hac vita dimittitur esset finem habitura, hoc autem est contra expressa testimonia Patrum, & Scripturarum dicentium damnatos in Inferno nullam habituros consolationem, & cruciatum suorum levamen, quia ibi nulla datur redemptio. Confirmatur, quia satisfactio est quaedam satisfactio, ad satisfactioem autem requiritur status gratiae, ut colligitur ex Trident. *sess. 4. c. 8. & can. 32.* quia ab inimico Deus nihil acceptat in compensationem. Tandem, quia omnis satisfactio fit ex meritis Christi ex Trident. ibidem. Christus autem non est mortuus pro damnatis in Inferno, alioquin pro damnatis quoque possemus Deum exorare, & pro illis offerre sacrificia, & suffragia.

222 Respondet sententiam propriam illius catholici axiomatis, quod in Inferno nulla est redemptio, a quod omnes Catholicos esse, quod nulla est spes inde evadendi, si ibi remitti possit aliquid peccatum veniale, aut aliqua pena venialis, vel mortalis jam hic dimissi, si non; si autem illud volumus etiam ad penas, quas damnati patiuntur ibi extendere, sic etiam potest, ac debet intelligi, quod nulla pena ibi est redemptio, sicut in Purgatorio, quia quilibet pena ibi, etiam temporalis debet perfolvi tota quanta est, sine ulla remissione, ac indulgentia, quia omnino luere debent totam illam penam venialis, vel etiam mortalis hic remissi pro toto tempore, quod debebatur. Et in hoc eodem sensu intelligi potest, quod in Inferno nulla sit alleviatio penae, vel refrigerium, non tantum illius, quae est aeterna, sed etiam quae est temporalis, quia haec etiam tota perfolvi debet, quanta est, licet aliquando cessare debeat. Neque sequitur illa alaturum damnatis magnam consolationem, quia parum pro nihilo reputatur, & ut dicit Isidorus, de minimis non curat Praetor, sicut igitur Sancti dicunt observari mandata Dei, etiam multa habeamus venialia, quia haec sunt levia, & pro nihilo reputantur, ita in proposito solutio pene peccatorum venialium, item, & mortalium in hac vita dimissio parum, vel nihil ponderat in toto antiquae Inferni crudelitatis, sicut gutta melis aceti dolio infusa, nihil amaritudinis eius intermittere, atque ideo absolute damnati dicti debent omni consolatione carere; Accedit, quod post diem iudicii, est detractura aliqua pars cruciatu animae debiti pro venialibus, vel mortaliibus in hac vita dimissis, tamen tunc adiecitur eis cruciatus corporum, qui erit aequivalens tormentum, imò & valde preponderans.

223 Ad Confirmationem abunde ostensum est supra *num. 214.* falsum esse, quod satisfactio sit per modum satisfactiois, & requirit statum gratiae, ac liberam acceptationem, & verum est utique Deum nihil acceptare in compensationem ab inimico per

modum meritorum per modum satisfactiois acceptare debet solutionem pene, quam Deus ipse, ut condignam taxavit, edidit pio quod alter illam sustineat, siue patienter, siue impatienter; & quidem Concil. *loc. cit.* loquitur de satisfactioe, quae fit pro hoc statu a nobis peccatoribus, non autem de satisfactioe, quae fit in alia vita. Ad ultimam patet per idem nam satisfactio, quae fit in via, fit ex meritis Christi, & intendit docere Concilium non esse ita nostra, quin etiam sit per Christum, quod verum esse potest, licet non in ista gratia habituali, quia peccatores habent gratiam gratis datam per Christum. Nec tandem ex nostra sententia sequitur posse pro damnatis applicari suffragia, sicut animabus Purgatorii, ut citius pene illarum temporales terminentur, tum quia perdit illae anime sunt extra communionem Sanctorum, tum quia cum luere debeant totam penam illam temporalem, quanta est abiq; remissione ulla, ac indulgentia, nil prorsus prodesse potest damnatis ullum suffragium etiam pro illa pena temporali, ut prodest animabus Purgatorii, quibus demit & remittit partem temporis penae solvenda, eo quod, & ipse sint in communione Sanctorum.

Secundo obicitur, quia pena, quam homo non solum omnino invitatus, sed impatiens, blasphemans, & a voluntate iustissima Dei discordans patitur, indigna videtur, ut acceptetur a Deo; eaque contentus ultorem non infligit, ut acceptetur a Deo, quia iusta lex, & accommodata diversis statibus esse videtur, ut in amico, & voluntarie eam accipiente, aut ferente, respondeat veniali peccato modica pena, ut fit in hac vita, in amico vero non voluntarie, & libere de accepto eam suscipiente, aut ferente, si longe maior, ut in Purgatorio, ubi anima non potest punitionem, vel vitare, vel impatiens ferre in inimico tandem, & hoste fit aeterna, ut in Inferno, adeo ut sicut pena Purgatorii incomparabiliter excedit penam huius vitae, quavis utraque sit in amico; ita pena Inferni, cum sit in hoste, incomparabiliter superet penam Purgatorii, nimirum quia fit aeterna. Demum quia sententia communis fidelium est omnes penas Inferni aeternas esse.

Respondeo negando assumptum, nam ad solvendam penam extra statum huius vitae, ita ut illam homo amplius reddere non teneatur, sufficit satisfactio, licet satisfactio sit in iusticiis imò & blasphemus in Deum, quia probra illa sibi non imputatur ratione status, nec per ea novam cum Deo contrahit inimicitiam, & hoc experimur in humanis; nam si offensus in Regem correspondere praecise secundum legem abscisio manus, ut aiebat Doctores. Si isti etiam invitati absciderint manus; satisfactio, & tantum sufficit Regi, quod secundum legem, & iustitiam, non debet ab eo penam ulteriorem exigere; etiam in civilibus, si quis debet alicui centum, & creditor ab eo exigit centum, siue voluntarie, siue non, solvat debitum huc etiam invita solutio ita sufficit creditori, ut aliquid amplius a creditore non exigat; Ita in proposito peccator ob veniale commissum, vel per commutationem pene gerit in certam penam temporalem ob mortale remissum remanere debitor illius pene temporalis, cum illa exigitur a Deo, & ipse eam solvit siue voluntaria, siue non, solvit debitum, nec amplius ultor pena est a Deo exigenda; & si hoc fit in humanis, tanto magis debet a Deo fieri, non enim frustra dicimus *dimitte nobis debita nostra sicut & nos tibi.*

Ad Confirmationem concedo per penam temporalem in hac vitam voluntarie susceptam longe minorem, satisfacere hominem pro peccatis; & in Purgatorio, ubi voluntarie, & libere eam non suscipit, longe maiorem, & diuturniorem a Deo exigat, ut docet Doctores *4. diff. 15. q. 1.* & sic per proportionem sequitur tantum, quod in Inferno pena temporalis correspondens veniali, aut mortali in hac vita dimisso longe diutius protrahatur pena, quam feret in Purgatorio, quia in Inferno non solum non est voluntaria, sed nec etiam patienter tolerata, ut est in Purgatorio; non sequitur tamen, quod pena venialis, vel mortalis in hac vita dimissi debeat in aeternum durare, & falsum est penam Purgatorii incomparabiliter excedere in duratione penam huius vitae, licet verum sit magis excedere intervallo.

Ad ultimum negatur assumptum, quia Auctores nostrae sententiae sunt fideles, nec tamen habent huiusmodi sententiam, & certe quando contingit incrementum aliquid pene accidentalis in Inferno, non propterea debet semper etiam in aeternum durare. Nec valet dicere cum quibusdam penam illam finem peccati veniali debita commutari in aliam aeternam, sed tenuissimam et aequivalentem; Quoniam si pena illa finita, & intensio mortaliter aequivaleret pene levissima sed aeterna; ergo peccatum veniale aequale per se est punibile pena aeterna, sicut mortale, & consequenter, ut inferit Doctores *loc. cit.* non esset iniusta, & incommensurabilis improprio inter mortale, & veniale; Item peccatum veniale pugnaret cum statu gratiae, sicut mortale, quia tam veniale, quam mortale inducit reatum pene aeternae, cum hoc solo discrimine, ut pena illius sit intensio, huius remissio.

